KOTSER

CODICIS R. VVakfeldi, quo prẽter ecclesię sacrosanctę decretum, probatur coniugium cum fratria carnaliter cognita, illicitum omnino, inhibitum, interdictum q; esse tum naturę iure, tum iure diuino, lege q; euangelica atq; consuetudie catholica ecclesię orthodoxe.

BIBLIOTHECA

21
21.


BIBLIOTHECA·BODLEIANA

DE DEVTERONOMICA LEGE quod fratris ſine liberis defuncti cõ iunx ſit ducenda, triplicem opinionem proponit, proſequitur q; autor in codice ſuo. quarũ Prima eſt, quod illius prohibitionis ſeu legis leuiticę quę fraternę turpitudinis reuelationẽ uetat, diſpenſatio ſit. Secunda, quod oĩno intelligẽda ſit de ſponſa et uxore fratris ſine ſemine defũcti non ab eo carnaliter cognita, quod quidẽ in cauſa fortaſſis fuit, quod in euangelio Chriſtus eã fratrum q; factum non reprobauit. Poſtrema, quod Moyſeos tantum expoſitio vel iuſſio ſit, eiuſq; dumtaxat cõſilium et non dei nec eius imperiũ, ſicut et repudium coniugũ, teſtibus Chriſto ſeruatore noſtro, Ambroſio, Hierony. Hugone cardinali, Matthia doringo, et Gregorio in gloſa interlineari, Matthei. xix. Prẽterea reſpõdit argutiis in libris Roffẽſis epiſcopi, Abelis, & alterius qui putatur Lodouici uiuis vel Cornelii Agrippę conſcriptis. Tandem concludens atq; aſſeuerans fratrię carnaliter cognitę coniugium (etiam ſi ſine liberis, uel, ut in euangelio habetur, abſq; filio, aut ſemine, defunctus frater natu maior naturę conceſſerit) uetitum omnino eſſe atq; interdictum, tum naturę iure tum lege euangelica, atq; non Pauli tantum apoſtoli autoritate, uerumetiam cęterorum apoſtolorum inſtitutione ac concilio Hieroſolymis habito: ibiq; ab illis per ſpiritum ſanctum celebrato, atq; cõſuetudĩe catholica ac uniuerſali eccleſię orthodoxę, ab eius exordio ad nos uſq; per ſanctos

1

2

3

Matthei .xxii. quod cũ hebrẽo ac grẽca .vo. interpretum tranſlatione magis quadrat.

Cõsuetudo est optima interpres legis, vbi ipsa lex deficit.

patres deriuata quę euangelicę legis interpres est optima, & vbiq; in omni loco, populo, ac gente per vniuersum orbem & totum christianismum etiam ante pontificias constituriones omnes, hactenus religiose obseruata vetuit, Ne fratrię carnaliter cognitę coniugium vulgo admitteretur, Plurimorum deniq; pontificum summorum constitutionibus, atq; Ecclesię sacrosanctę statutis ac decretis in non-paucis synodis tam orientalibus q; occidentalibus, & sacrosanctis conciliis etiã generalibus quę robur et firmitatem ab ipsa scriptura sacra & spiritu sancto qui ecclesiam orthodoxam administrat, moderatur, ac gubernat, potissimum accepere, atq; ideo per papam indispensabilia qui potestatis plenitudinem habet non in destructionem sed in ędificationẽ, et ea decreta infringere soluereq; nequit, nec cum illis magis dispensare q; cum euangelii statutis, aut lege nature, cui omnino obnoxius subiectusq; est, sed tantummodo interpretari.

Ecclesię decreta a spiritu sancto sine dubio (qui ecclesiã administrat, moderat et gubernat) dictãtur, prescribunturq; & ea, sicut et scripturarum dubia, papa interpretari potest atq; declarare verũ cum eis non magis dispẽsare ualet q̃ cum Euangelii statutis, aut naturę lege, quibus ipse omnino obnoxius subiectusq; est.

IN PARTE IGITVR SIVE PARtim relaxat ac reuocat deus ipſe, vel, legiſlator Moyſes leuiticam prohibitionem per ſuam deuteronimicam inſtitutionē. Alioqui enī, ut et ante dixi, quomodo in deuteronomio mandatur quod in leuitico prohibitū fuerat? Id quod & Iſichius hieroſolymorū preſbiter in cōmentariis ſuis ſuper leuiticum his verbis teſtatur. Quę in Leuitico libidinis cauſa legiſlator tāq; abhominabilia prohibet, poſtea in deuteronomio lege çognationis compellit ac iubet. Hec ille. Quo cum in libro ſuo cōtra aduerſarium legis & prophetarum conſentit ſanctus Auguſtinus ita nobis ibidem ſcriptum relinquens. Vxores autem fratrum, ſed ſine filiis defūctorū, ad excitandam defuncti poſteritatē, non libidinis, ſed pietatis affectu, in matrimoniū ſibi copulare precepit deus. Hactenus Auguſtinus. Qui, ut & hic uides, deuteronomicum preceptum iudiciale de ducenda fratria, dei mandatū appellat, quemadmodum ac Hieronimus in commentariis ſuis ſuper Mattheum atq; aliquot alii interpretes hebręi, greci, ac latini. Forte quia nō aduerterunt nihil a deo in lege a ſe edita, generaliter precipi quod naturę legi aduerſatur, & exacte fortaſſis hęc quę hic in mediū afferentur, non perpenderunt. Sane ſine inceſtus, ſi nō realis, tamen reputationis perpetratione, et reuelatione

Prima autoris opinio.

Cur Hieronymus, Auguſtinꝰ, atq; aliquot alii interpretes priſci, deuteronimicum preceptum de ducenda fratria quod naturę legi aduerſatur, Dei mādatū & preceptū appellant?

 turpitudinis

turpitudinis fraternę, ex fratria carnaliter ab eo cognita, filios ſuſcipere nequit frater ſuperſtes: et relaxat, reuocat, ac abrogat dubio procul, quicūq; poſtea precipit quod prius uel ipſe uel alter prohibuit, interminatuſq; eſt, atq; eius rationi ibidem expreſſę aduerſatur. Atqui iuris in parte relaxatio, aut reuocatio, diſpenſatio dicitur: quocirca & diſpenſatio neceſſario erat atq; relaxatio quod iudeis preceptū, conceſſum atq; permiſſum poſtea erat per deuteronomicam inſtitutionem, iuſſionemq; diuinam aut Moſaycam. Vel omnino inſtitutio illa prȩceptumue capitis. xxv. deuteronomii de ſponſa ſolū iuxta cōſuetudinem ęgyptiorum, qui relictas fratrum mortuorum uxores uirgines ducebant, & uxore ſeu muliere illa intelligi debet eſſe datū quam frater defunctus non accepit, neq; carnaliter cognouit, ſed intactam prorſus & uirginem reliquit. Quod profecto, mihi a uero alienum non uidetur, et non parum arridet, Alioqui enī ſi leuitica prohibitio ſeſe ad iuſſionem deuteronomicam extenderet, illamq; negatiue prohibendo omnimode comprehenderet: illa quę per deuteronomici precepti contextum cauſa, ratio, finis, & intentio exprimitur (Ne, uidelicet fratris defuncti nomen, id eſt, memoria apud ſuos periret, id quod teſtatur etiā in queſtionibus ſuper deuteronomiū Auguſtinus) eius cauſa nō eſt, uel certe ratio oīno & conſideratio inſufficiens. Quippe quę ſe non extendit ad defunctum fratrem cuius liberi ab ea ſuſcepti ante eum ſunt mortui: Tunc enim, nomen eius apud ſuos perit, atq; ab hereditate ſua euaneſcit, & pro eo in ſcriptura

Secunda autoris opinio

Prima ratio

Ratio deuterouomici p̄cepti in ipſo contextu expreſſa, oīno inſufficiens eſt, etiā ſi de ſponſa ſolū

tura ſacra ibidem prouiſio fit nulla. Quorum tamen utrumlibet dixeris abſurdum eſt ac impium, Quum Primum ſcripturę ſacrę palā aduerſetur, & Secundum declaret deū uel Moyſen eius ſpiritu plenum, incogitantem, parumq; prudentem, et inidoneum eſſe legum latorem, Nempe qui legibus a ſe datis ac promulgatis, omnino imperfectam, minuſq; ſufficientem cauſam, rationem, & conſyderationem in ipſo ſcripturę contextu exprimeret, aſſignaret, ac aſcriberet. Mecum deniq;, q; deuteronomica iuſſio pro ſponſa ſolum & fratria carnaliter minime cognita, data ſit, pręter autorem gloſę ordinarię, leuitici, capi. xviii. ſuper uerſiculo, cum vxore proximi tui non coibis, diuus etiam Gregorius cognomento magnus cōſentit, hec que hic iam ſubiungam, in decretis ſuis nobis ſcripta relinquēs. Cum cognata quoq; miſceri prohibitum eſt, quę perconiunctionem priorē caro fratris facta ē, Hec ille cognatam pro fratria iuxta uulgaris linguę latinę appellationē & affine ponens improprie, ſicut et in primo Ruth capite Hieronimus eā pro uxore fratris mariti, ubi Ambroſius loco cognatę, cō deſponſatā habet. Certe grecum uerbum ſyngenis, quod cōgeneam ſiue cognatam ac affinem in genere ſignificat, & a. lxx. interpretibus leuitici. cap. xx. non ſatis apte neq; proprie pro dodah, id eſt, patrui uxore, ponitur: Auguſtinum fefellit in leuiticis quęſtionibus.

et fratria nō accepta itel ligatur data eſſe deutero nomica illa iuſſio Moyſaica.

Hieronymꝰ p uxore fratris mariti, ī proprie ponit cognatā.

SECVNDA RATIO PRO SECVNDA opinione.

Si

SI NON de ſponſa ſolum et muliere ſiue vxore non accepta, pro egyptiorum cõſuetudine, ſed carnalier a fratre demortuo cognita, & illa quę ei ſobolem non peperit, deuteronomica inſtitutio intelligatur data eſſe: Neceſſario conſequetur affinitatem non perinde ac conſanguinitatẽ matrimoniũ impedire (quod tamen falſum eſſe ſupra oſtendi: contraq; concilium macienſe, & ſynodum VVormacienſem, Fabianum papam, Iulium papam, Iſodorum, Petrum Lombardum, Bonauenturam, atq; diuum Gregorium, qui illos uocat Anthichriſtos, uerbiq; diuini detractores, qui illud aſſerũt: cum eodem reuera iure diuino affinitas connubium impediat quo ipſa conſanguinitas) et inceſtum (quod eſt vitiũ, quod naturę legi aduerſatur, eiq; contrariũ, et magis flagitium, grauiuſq; peccatum eſt ſecundum ſententiarum magiſtrum, Clementem papam, atq; Auguſtinum, quã adulterium: abhominatio enim iuxta gloſam moralem eſt) a deo vel Moyſe in lege a ſe edita, generaliter preceptum eſſe. Inceſtus nãq; committitur ac fit, quoties res habetur cum affine in lege leuitica, nominata. Et affinis iuxta leuiticam dei legẽ ea uere dicitur quę a noſtro neceſſario & ſanguine nobiſcum coniuncto ſubagitata eſt, unaq; caro et corpus unum cum ea per ſeminũ commixtionem, carnalẽq; copulam effecta. Imo iuxta Paulum epiſcopum Burgenſem inter uirum et uxorem eſt quodammodo idẽditas indiuidualis, quia ſunt duo in carne una, etiam iuxta dei conſtitutionem (quę fortior ẽ quã uirtus naturę)

Idem in decretis habetur diſt. 32. q. 6. ca. Quid in oĩbus. & capi. Adulterii malũ. Atq; in. 4. ſẽtẽtiarũ libro diſt. 41. Vbi etiam Bonauẽtura ſic ait Vbi eſt uera affinitas adeo ligat ut cõſanguinitas.

In additione 5. ſuper. 2. Gene. caput

turę) maiorq; iuxta Bonauenturā, unio, quā inter patrē ſiue matrem & filium, inter quos non eſt talis unio, nec huiuſmodi idenditas. Certe morte ſoluitur uinculum coniugale iuxta apoſtolum, atq; poſt eam, ſi non realis, tamen reputationis unitas inter coniuges remanet quoad propinquos, uel propter reuelationem turpitudinis uitandam iuxta diuinę legis æſtimationem, defūctiq; uiri uxor, a deo ſuperſtes mulier uocatur leuitici. ca xviii. & .xx. quia eius uxor olim erat: ſicut & ſponſa Deuteroni. capi. xxii. uxor appellatur, nō quia uxor tūc erat, ſed quia a parentibus uxor fieri debebat, atq; deputati ad id ab illis uiri, coniunx deſtinabatur futura, id quod teſtatur etiam ſententiarum magiſter in. iiii. diſt. xxvii. Poſt mortem ergo inter uirum defunctum & ſuperſtitem coniugem unitas quedam carnis remanet quę illa non dirimitur. Alioqui enim quomodo defuncti turpitudo in uxore eius, uel ea potius quę eius uxor eſſe deſiit, reuelari, detegiue poteſt per fratrem, propinquumue ſuperſtitem ut in leuitico dicitur? Vbi etiā ne turpitudo uxoris reueletur ī illius ſorore prohibetur illa uiuente.

Maior ē idē ditas idiuidualis, q̄ ſpecifica. & maior eſt unio uiri & uxoris, q̄ patris & filij, unde Bonauēturā in. 4. diſt. 33.

¶ TERTIA RATIO PRO PRIMA, SECVNDA, ET TERTIA, OPINIONE.

RATIO LEVITICE LEGIS ſiue prohibitionis moralis, quę inceſtū execrabilem et fraternę turpitudinis abhominabilē reuelationem uetat, eiuſq; prohibitionem

Deuteronomica lex leuiticę ĩſtitutionis diſpẽſatio ẽ, & uõ eiꝰ epiĸia, ſi de fratria carnaliter cognita intelligatur data eſſe.

uere honeſtam in ſe continet ac includit: manet, uimq; ſuã retinet: ſiue relictis liberis uel abſq; eis frater obierit: hoc eſt, utrobiq; fratris defuncti turpitudo iuxta exiſtimationem ac reputationem legis diuinę, deiq; cõſtitutionem (quę, ut ait Chryſoſtomus, fortior eſt quã uirtus naturę) reuelatur etiam ſi pietatis affectu, & lege cognationis, atq; prolis defũcto ſine liberis fratri, excitandę tantũ cauſa ſuperſtes frater natu minor uxorem eius acceptam, quę cum eo una reuera caro, id eſt, unũ corpus per ſeminum commixtionem, carnalemq; copulam facta eſt, carnaliter cognoſcat: niſi mecum hic dicas in hoc caſu deum diſpenſare. Non enim refert, quo animo, quis quicquam faciat, modo id quod facit, contra pręceptum dei ſit, et diuina lege uetitũ, facienda nanq;, non ſunt mala, uel Apoſtolo teſte, ut eueniant bona. Quod nanq; ſemel contra prohibitionem legis diuinę eſt eiuſq; rationem, ſtãte ipſa prohibitione, manenteq; illa ratione, per nullam circumſtantiam, bonũ, licitũue fieri poteſt. Quando itaq; nos ualde attendere oportet ad legis intentionẽ, cauſã, ſcopum ac finẽ (Ratio enim legis ſemper ſeruanda eſt, eiuſq; intentio prę-cipue attendenda) atq; ad dictorum cauſas, ut ueram, rectam, ſincerã et genuinam diuinę legis intelligentiã acquiramus iuxta illud Hilarii, Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicẽdi, Neq; ſuperduci poteſt, uel diuo teſte Ancelmo, aliquod honeſtum, pręter diuinam diſpenſationem, quod hũc reputationis inceſtũ tegere poteſt ſiue hoc inhoneſtum (reuelationem, uidelicet, turpitudinis fraternę) uelis nolis. R. Roffenſis

Faciamꝰ mala ut ueniant bona epiſtolę ad Romanos cap. 3.

In. 4. de trinitate.

Inceſtus, duplex eſt, realis & reputationis.

sis mecum ipse (una cū Abelo et Agrippa) dicere cogeris deuteronomicam institutionem, uel Moysaicā tantum esse iussionem, eiusq; solam expositionē & iniustam ad tempus minimeq; sanctā legem, ac consiliū ab eo unice procedēs: uel de sponsa solum uxoreq; nō accepta & a fratre carnaliter minime cognita, iudeis esse datam: uel certe iuxta primam opinionem siue expositionem meam, dispensationem esse legis siue prohibitionis leuiticę eiusq; in parte reuocationem, & non eius epiikiam, atq; ita per consequens, iure diuino morali, si non durante lege moysaica, id quod tamen tibi, uel propter tempus medium inter leuiticę legis & deuteronomicę institutionis dationem, nullatenus concedo: hodie saltem hocq; euangelii tempore, simpliciter, prę ciseq; quia remotum est impedimentum, id quod testantur etiā Aquinas, Augustinus, Bonauentura, ac Tertullianus, & euacuata deuteronomica institutio, legisq; moysaicę maledictio, atq; consuetudo antiqua in Israel de ducenda fratria, per eam approbata, reuocataq; cessauit: omnino uetitum esse interdictumq;, Ne quis relictam fratris sine liberis defuncti quacum ipse rem prius habuit, sumat uxorem. Ad naturam nanq; & generalitatem siue uniuersalitatem suam rediit, atq; ampliores sine dubio post euangelii aduentum nacta est uires leuitica lex moralis (Turpitudinem, uidelicet, uxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui est, Leuitici capi. xviii. et, Qui duxerit uxorem fratris sui rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit, absq; liberis erit, eiusdem cap. xx. ubi utrobiq; deus

Tertia autoris opinio.

Toto tempore intermedio, quo leuitica lex deuteronomicā præcessit, fratriq; carnaliter cognitæ coniugii, omnino illicitum erat inhibitumq;.

Indefinita in ris equipol. let uniuersali propositioi, uide Burgensem i additione. 2. ad extremum pro pe, super. 24. deutero. caput, & Lyranum.

neminem, nihilq; excipit ſed indiſtincte ac abſolute loquitur, quod iuxta Burgenſem, & Lyranum, ęquiualet uniuerſali locutioni) quia remotum, ſublatumq; eſt obſtaculum, quam habebat ante: etiam ſi tibi dem, uerumq; ſit, Quod, uidelicet, durante lege Moyſaica nunquam prohibitum fuit quo minus fratriam a fratre defuncto carnaliter cognitam quando ſine ſemine & filio ipſe obiit, ſuperſtes frater natu minor, propinquuſue uicinior duceret.

¶ QVARTA RATIO PRO SECVNDA OPINIONE.

§ THAMAR VIDVA, uirgo erat iuxta Chryſoſtomum, atq; hebręos interpretes, et (Quę ei lege debetur) quod deutero. capi. xxv. in hebręo nō habetur. nec in. lxx. interpretibus gręce, nec in chaldeo (atq; ideo pro ſcriptura ſacra etiā iuxta te tuamq; ſententiam minime recipi debet) ſed ibidem a Hieronymo ad illuminationem ſenſus et legentis edificationem interpoſitum eſt: de lege priſcę in iſrael conſuetudinis de ducenda fratria (quę nō hebręa modo fuit, ſed & moabitica quoq;, Egyptia, atq; chananęa) non intelligitur, ut tu non recte contendis, ſed de lege illa deuteronomica moyſaica per quā fratrię, uirorum ſuorum mortuorum fratribus uel uicinis cognatis alligabantur. Dicitur enim illic etiam ſyriace ſecundū Onkeli targum, et gręce iuxta interpretes ſiue ſeniores lxx. mulier, uel, uxor defūcti (fratris, uidelicet, uel, cognati

Quod in hebręo non habetur i ueteri iſtrumēto, p ſcriptura ſacra recipi non debet.

Geneſis cap. 38. et Ruth cap primo.

nati) non nubet foris, id est, extra tribum, uel latine iuxta Hieronymum, Alteri (hoc est, Alieno, extraneo, & alterius tribus homini) ubi tamen quę eam mulierem manet pœna quę illam transgreditur legem non exprimitur, sicut nec morasa, id est desponsata, quod ad mulieris uel uxoris uerbum, uenit addendum, ita, Vxor, uidelicet, uel mulier desponsata non nubet foris, uel, ad extra: quia iuxta dei legem nulla est reuera ibidem contracta affinitas (quę ex copula carnali nascitur) sed uxor a fratre pręmortuo carnaliter cognita (ipsa, scilicet, nubet foris) ut turpitudinis fraternę reuelatio uitetur, estq; sermo illic cōcisus, detruncatus, ellipticus & defectiuus, qui quidem in hebręo frequens est crebroq; in bibliis occurrit.

Morasa, uel, moorasa, id est, desponsata, subintelligitur atq; subauditur deutero. cap. 25.

Sermo hebręus, sepe cōcisus ē & defectiuus.

¶ QVINTA ET VLTIMA RATIO PRO SECVNDA ET TERTIA OPINIONE.

Matrimoniū pficitur et fit perfectū, per carnalem copulam, sine qua etiā esse potest matrimonium ratum & uerū.

SI NON desponsa solum et muliere desponsata, siue uxore non accepta, sed carnaliter a fratre defuncto cognita, atq; illa quacū matrimonium prius perficiebatur consūmabaturq;, deuteronomicum pręceptū intelligatur: una dei lex cum altera pugnabit, sibiq; inter se contradicent & inuicem aduersabuntur. Nam leuitica lex simpliciter, absolute, pręciseq; prohibet ne frater fratris turpitudinē reuelet: & deuteronomica alioqui, si nō primarie, pręcipue, directe, & in toto: tamen ex consequente, secundario, & indirecte, atq; quasi aliud agens, et in parte,

Deuteronomica lex leuitice prohibitioni partim aduersatur si de filia carnaliter cognita intelligatur esse data, eiusq; dispensatio est & non ex ilkia,

 etiam

etiam ſub graui confuſionis, contumelię, infamię, ingratitudinis, odii publici, ac ignominię, pœna non ſibi ſolum ſed & domui ſuę familię et poſteritati quoq; ſuę infligenda imperpetuum, id certe pręciperet: & non tantum, uti in Deuteronomicis quęſtionibus ait Auguſtinus, ut ſuſtitetur ſemen fratri defuncto. At autore Hieronymo, qui prophetam Amos ſi hoc ſequitur, quic quid ſit turpiter ad dei iniuriam refertur, et nullū enorme malum, turpeue, uel fœdum, aut crimen a natura abhorrens, ueluti in ceſtus: in dei lege generaliter pręcipitur: huius enim exemplum in ſcriptura ſacra minime inuenitur, unamq; legem alteri contrariam deus cō dere non ſolet, ſpiritus nanq; ſanctus concordię ac pacis autor eſt, & non diſcordie, id quod pręter Apoſtolū atq; Iſychium in prefatione ſua in Leuiticū, teſtatur etiā in cōmētariis ſuis ſuper Mattheū, Hieronymus his uerbis. Nunquàm autē leges dei ſibi contrarię ſūt. Hec ille. Iſychii uero uerba ſūt hec. Nihil autē ſibi cōtrarium iubet deus licet precipiat ea quę pridē prohibuit, & prohibeat quę olim pręcepta ſūt. Hactenus Iſychius. Ergo neceſſe eſt ut deuteronomica illa inſtitutio de ſpōſa ſolum uxoreq; deſponſata & non de uxore accepta, carnaliterq; a fratre defūcto cognita, intelligatur eſſe data. Alioqui certe iudeis a deo pręcepta eſſent cōtraria mandata, & in quibus eſſet cōtradictio, atq; ita apud eos una dei lex aliā tolleret ac adnihilaret, idēq; pro uno ac eodē tempore & populo, pręceptū eſſet & prohibitū, licitū ac illicitum: quod omnino abſurdum eſt dictu, & rectę rationi palam aduerſatur. Vel omnino pręceptum eſt inhoneſtū

cap. 2.

cap.

eſt inhoneſtum illud, mandatumq; a legiſlatore Moyſe tantum, quia contra naturam, deiq; legem fit, inconſulto deo ipſoq; non conſentiente: quemadmodum & ab eodem pręter dei mentem aut conſenſum interfectus eſt egyptius. Exodi cap. ii. Quanquàm me nō lateat Auguſtinum contra Fauſtum fateri illud non abſq; ſecreta ſacri ſpiritus inſpiratione diſpenſationeq; ab eo perpetratum factumq; fuiſſe, atq; ab eodem, inquàm, Moyſe, uſura & fœnus cum extraneis & alienigenis deuteronomii cap. xxiii. (Non fœnerabēris fratri ſed alienigenę) pręceptum, uel, ut ait Lyranus in commentariis ſuis ſuper .xxii. Exodi caput, iuxta doctores noſtros, permiſſum ſaltem eſt: quod quidem naturę legi (uel Ariſtotele in libro quinto Ethicorum, teſte) omnino aduerſatur, & per regium prophetam Dauid in pſalmo (Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, etiam gentili, iuxta gloſam libri Maccoch, id eſt, plagarum, talmudici) atq; per euangelium prorſus prohibetur (Mutuum date nihil inde ſperantes) ſicut et Moyſaicum, niſi in cauſa fornicationis, coniugum repudium: id quod pręter Chriſtum ipſum, qui, ſi non omnino falſum erat quod phariſeis ipſe reſpondebat, Moyſen fatetur id deo inconſulto, ipſoq; minime conſentiente atq; abſq; ſacri ſpiritus inſtinctu iſpiratione ue iudeis his uerbis permiſiſſe (Quoniā Moyſes ad duritiā cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores, ab īitio autē non fuit ſic, Quod deus cōiunxit, homo non ſeparet. Permiſit, (dixit dominus) et non pręcepit nec conſuluit, nec approbauit, nec conceſſit, nec indulſit, nec ad

14. Domine quis habitabit. &c.

Lucę cap. vi.

Chriſtus iudeis et phariſęis loquēs, faſſus eſt cōiugum repudium omnino illicitum eſſe pręterq; in fornicatiōis caſu, qđ quidem uerū eſſe nequit, ſi cum eo deus diſpenſaſſet.

In cõmentariis super. 19. Matthei caput.

nec ad id consensit) testatur etiam diuus Hieronymus his uerbis: Permisit Moyses, non deus, diuortium, ut iuxta Apostolum, consilium hominis sit non imperiũ dei. Hec ille. Quem Gregorius quoq; in glosa inter lineari, cuius ipse iuxta Lyranum est autor, ac Hugo cardinalis, et Matthias Doringus, quicquid dicat Scotus, recte sequuntur. Cum Hieronymo prẽterea consentit sanctus Ambrosius in commentariis suis super Lucam hec nobis scripta relinquens, Moyses permisit, inquit dominus, non deus iussit. Ab initio autem dei lex est, ut uir adhereat uxori, quia ambo caro una sunt. Ergo qui dimittit uxorem, carnem suam scindit, diuidit corpus. Ostendit autẽ hic Matthei locus, quę propter fragilitatem humanam scripta sunt, non a deo scripta. Vnde & apostolus, Denuncio, inquit, non ego, sed dominus uxorem a uiro non discedere, Et infra: cęteris, inquit, Ego dico, non dominus, Hec ille. Ex quibus manifeste colligitur prẽter dei mentem prẽceptum esse inhonestum illud, mandatumq; a Moyse tantũ, quia naturę legi, diuinęq; aduersatur. Mecum, & diuo Gregorio, quod pro sponsa solum & non pro uxore accepta deuteronomica iussio data sit, consentit ac concludit sanctus quoq; Augustinns in questione. lxv. super Leuiticum sic scribens. Vnde apparet illa (coniugia fratriarum. &c) ita esse prohibita ut etiam mortuis uiris non ducant uxores quarum prohibet turpitudinem reuelari. Hec ille. Quem, nobiscum, ut ante dixi, consentiens & autor glosę ordinarię sequitur Leuitici capi. xviii. Atq; Hec de uera, uel pro uera, recta & germana

In. 4. dist. 33. questi. 3. ubi immerito interlinearem negat glosã, & inconsiderate eam reiicit, uerba Christi non bene perpendens.

2

intelligentia

intelligentia legis deuteronomicę de ducenda fratria, iamſcripta ſufficiant, quę iuxta Lyranum, Alphonſum Thoſtatum epiſcopum Abulenſem, Auguſtinum in leuiticis quęſtionibus, Chizkuni, R. Moſen gerundenſem, hebręos interpretes, atq; priſcam hebręorum conſuetudinem de ducenda fratria, apud eos laudatam, fratre, ſine ſemine, defuncto, legis ſeu prohibitionis leuiticę interpretatio eſt, & illius limitatio, atq; ab ea exceptio, & non eius diſpenſatio, neq; in parte reuocatio: quẽ admodum uolunt Iohannes de Tabia, Antoninus archiepiſcopus florentinus, Petrus de palude uir eruditiſſimus, Durandus de ſancto portiano, Auguſtinus in libro ſuo contra aduerſarium legis & prophetarum, Tomas de Argẽtina, Bernardus de Trilla, atq; Iſychius hieroſolymorum preſbiter. Sane ut de his duabus opinionibus nihil hic amplius dicam quę illarum uerior ſit, certum eſt illam in Iſrael antiquam, de ducenda fratria, fratre ſine ſemine, defuncto, & laudatam etiam, antedatam illis legem, apud eos conſuetudinem (ingratitudo enim crudelitaſq; magna fratri ſuperſtiti reputabatur, id quod teſtatur etiam. R. Moſes gerundenſis, quando fratri ſine liberis defuncto ſemen excitare nolebat) deũ in gente illa, tolleraſſe, nec propter eam, illam puniuiſſe ſed cum illa diſpenſaſſe, uſquèquo lata eſſet leuitica lex moralis. Preter hec, ſi Moyſes dei legem ſemper promulgauit, & non ex ſe quandoq; neq; ex capite ſuo atq; non ex propria autoritate & induſtria, ſed ex ſacro ſpiritu eiuſq; tantum inſtinctu ac inſpiratione totum deuteronomium hebraice hebraiciſq; litteris abſq; apicibus

Quæ opinionum harum uerior eſt, ambigit autor, neq; pronunciare audet, quia adeo efficaces utrinq; ſunt rationes, quas hic adducit, ꝙ cum hac in re lupũ auribus tenere cogant.

C conſcripſit

conſcripſit ac compoſuit (quemadmodum per eundē Eſdras ſcriba legiſq; doctor poſt babylonicam captiuitatem non modo codicem illū, qui in Archę latere per leuitas erat poſitus & a chaldęis combuſtus, ſed & totā legem, ſi non ſyriace, tamē ſyriacis certe characteribus, abſq; apicibus ſimiliter & punctis inſtaurauit ac reparauit) Non eſt ueriſimile, nec probabile, imo fieri nequit, quòd eius interpretatio, deuteronomica, uidelicet, lex & iuſſio de ducenda fratria, dei legi leuiticęq; prohibitioni de non reuelanda fratris turpitudine, quoquo pacto aduerſetur. In ſcripturis enim quarum autor eſt ſpiritus ſanctus, nulla eſſe poteſt contrarietas aut contradictio, & melius reuera aut rectius leuiticā dei legē intelligere, interpretari, explanareue nequimus quàm ipſe legiſlator Moyſes eius ſpiritu plenus, qui ut legis diuinę lator, dei pręco fuit, eam intellexit, explanauit ac expoſuit. Hoc idem in commentariis ſuper Mattheum teſtatur etiam Hieronymus, ſermonis Chriſti ſenſū de diuortiis his uerbis explicans. Nunquid (ſcilicet, in una eadēq; lege pro uno ac eodem populo) poteſt deus ſibi eſſe cōtrarius, ut aliud ante iuſſerit (legem ſcilicet de eo condens) & ſententiam ſuam nouo frāgat imperio nouaq; leget? Non ita ſentiendū eſt. Hec ille. At Rabini priſciq; interpretes & doctores hebręi, quorum quidā Chriſtū pręceſſerunt (Vt in maſſechet ieuamoth, id eſt, tractatu fratriarum, uidere licet) ſtatuerunt, quòd poſt primogenitum ex fratria defuncto fratri excitatū a ſuperſtite iauamo (id eſt, ſinatere, ſeu mariti fratrē, & leuiro, atq; eo deficiēte, cognato, uel propinquo, uiciniore)

Moyſes ut legiſlator non ſemper dei preco fuit, ſed ut legis diuinæ lator

Iauā ꝓprie ſignificat fratrē dūtaxat mariti, ſeu leuirum, etſi eo deficiēte, ꝙ cognato & propiquo

uiciniore) non sit ei licitum iuuamo eam amplius ulteri usue carnaliter cognoscere, liberosq; ex eadem sibiipsi procreare, sed ut affinem ieuamam tantū atq; fratriam tractare. Quam constitutionem hebrei hodie, meritoq; obseruant, & eam, per eorum consuetudinem, quę hic pro se geneseos scripturam habet, & quoad obseruantiam mandatorum legis dei, adipem litterę iuxta burgensem, firmissime tenet, iam diu approbarunt confirmaruntq;. Vnde manifestum euadit, quicquid in cō mentariis suis super Genesim dicat Alphōsus hispanus, a quo, recte meritoq; dissentit Pepinus, eiusmodi congressum seu conmixtionem, & cum fratria coitum leuitica dei lege generaliter ac prorsus prohibitum esse, & deuteronimicam legem iudicialem leuiticę legis siue prohibitionis moralis dispensationem omnino esse, eiusq; in parte reuocationem, & non eius epiikiam, quę uulgo corrupte dicitur epichaia. Alioqui si, quemadmodum ipse (una cum Agrippa & Abelo) uis, sentis, ac scribis, leuitica dei lege coitus cum fratria carnaliter cognita, non omnino prohiberetur, iam post excitatum ex fratria demortuo sine liberis fratri uel propinquo semē seu primogenitum, quoties mutuo se cognoscerent, nō letaliter delinquerent, neq; contra leuiticam dei legem moralem naturę agerent, atq; ita, non pariter edificarēt ad gehēnam: quod tamen falsum omnino esse ipsa geneseos scriptura sacra, cui Pepinus recte ac merito innititur, priscorumq; doctorum hebreorum constitutiō non inuetusta, declarant. Pepini uerba ita se habent. Et nota quòd nō licebat tunc nec postea scilicet post legis

uiciniore deutero. cap 25. ponatur, id quod & liber Ruth. in Boha. matrimonio apte declarat.

Coitus cum fratria generalit ac prorsꝰ ꝓhibetur in leuitico.

Cōcludit tā dē autor ex argumento epi Rossensis, si illud fit verū, irreuocabiliter deuteronoicā institutionem ꝓhibitionis Leuiticę dispensationē esse, eiusq; parte, reuocationem.

Cōtra legē moysaicam est, Rabinorum ac Talmudistarum

institutionē, & Pepinū, ut quis fratriā a defūcto fratre carnaliter cognitam ducat, aut cum ea coeat, nisi quatenus ei ex ea semen & primogenitū excitet,

decretum, fratri suscitare plures filios ex derelicta fratris defūcti, sed tantum unum. Quo nato emittebat frater defuncti matrem paruuli a se, atq; tanquàm affinem ieuamam tantum, iuxta interpretes priscos, eam habebat ac tractabat, id quòd & hodie faciunt iudei, Rabinorū & Talmudistarum super hac re sāctionem inuiolabiliter obseruantes. Hactenus fere, preter pauca, quę ipse in fine ex hebręorum commētariis, addidi uerba, Guil lelmus pepin in cōmentariis suis super .xxxviii. Genes. caput. Hoc idem insuper pręter unanimem omnium interpretum hebręorum consensum, qui uno ore constanter asserunt fratris defuncti coniugem sterilem, aut uetulam, superstiti fratri, propinquoue uicino, illicitam, inhibitamq; esse, liquet etiam ex primo libri Ruth capite, ubi haiiuum, id est, ipsius iiuum & coniugii cū fratria mentionem faciens Nahomi, socrus suas horpā ac Ruth ianitrices seu sinistres his uerbis alloquitur. Etiā si possem hac nocte concipere & parere filios si eos expectare uelitis donec crescant & annos pubertatis impleant, ante eritis uetulę quàm nubatis. Porro sciendū est loco uerborum (filios & liberi) quę in nostra translatione habentur genes. cap. xxxviii. in hebręo. chaldeoq; singulariter haberi zerah, id est, semen, & in gręco, sperma, quod idem est. Latinę uero translationis uerba ita se habent. Dixit ergo Iudas ad Onam filium suum. Ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi, ut suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fūdebat in terrā: ne liberi fratris nomine nascerentur. Hactenus Hieronymus.

ronymus. Cuius uerba, Ille (uidelicet, Onan, qui fratri ſemen inuidebat, atq; ob id, ut ipſe in libro contra Iouinianum . ii . ait, a deo occiſus fuit) ſciens nõ naſci ſibi filios, &, Ne liberi fratris nomine naſcerentur, pro quibus, in hebrẽo, chaldeo, atq; greco habetur, Ille ſciens quòd ei non eſſet ſemen, Ne daret ſemen fratri ſuo: ita mihi debere interpretari uidentur. Ille ſciens quòd nõ ſibi ſed fratri defũcto excitaret ſemen, & quòd ad eum atq; ad eius domum ac familiam non ſpectaret primogenitus, neq; quod eius nomine uocaretur ſemen, ſeu primogenitus ille ex fratria ſuſceptus: ſed quemadmodum deutero. cap. xxv. claret, nomine fratris prẽmortui uocaretur, eiuſq; filius. &c. Eſto deniq; ut per hypotheſim tibi, & Agrippę, atq; Abelo dem, quòd durãte lege Moyſaica nunquàm prohibitũ fuit, quòd frater, uidelicet, fratris ſine liberis defũcti coniugem duceret: reuera tamen poſteaquàm iam ad euangelii aduentum deuteronomica inſtitutio legalis ceremonialiſq; de ducenda fratria ceſſarit, atq; euacuata, una cum antiqua in Iſrael conſuetudine de eadem, per legalem illam approbata, abolita fuerit (quia lẽgalis ſolum inſtitutio, & iudicialis atq; figuralis lex eſt) moralis mandati prohibitioniſq; leuiticę de non reuelanda fratris turpitudine eſſe nunc plane nequit interpretamentum, neq; ab ea exceptio: quemadmodum nec apud nos nunc prẽcepti, Non occides, iuſſio de interfectione Amalechitarum. cap. xvii. Exodi, &. xxv. Deuteronomii, atq; primi regũ lib. cap. xv. cõſcripta: niſi forte hallucinemur ĩ ſacris litteris, & impiè iudaizemus, atq; iniquè & iniuſte inocẽtes

Miror autem cur nobis propoſuerit in exemplum Iouinianus occiſum Onan, q̃ fratri ſemen inuiderit: quaſi nos qualẽcũq; ſeminis fluxum abſq; liberorũ opẽ cõprobem⁹. Hęc Hieronymus.

4

Prẽceptum, nõ occides, apud iudeos tantũ & non apud chriſtianos interpretandũ eſt per exceptionem Amalechitarum.

Delebo enĩ memoriam Amalek ſub celo.

contra dei legem occidamus. Nullum enim ceremoniale, figurale, legale, aut iudiciale prçceptnm eſſe poteſt apud chriſtianos alicuius moralis mandati interprę tamentum. Siquidem ſi res ſe ſic haberet, & hoc concederemus, fateremur illud quod eſt, per illud quod preiit & non eſt, interprętari debere: quod omnino abſurdum eſt dictu. Quid plura? Pręter leuiticę legis rationem, fundamentum ac cauſam, quę fraternę turpitudinis abhominabilis reuelationem uetat (cui inituntur Iohannes de Tabia, Petrus paludenſis, Antoninus archiepiſcopus florentinus, & autores alii ſupra nominati) atq; argumentum tuum mi. R. Roffenſis, contra ſcripturę ſacrę geneſeos contextum, Pepinum, atq; Rabinorum & Talmudiſtarum conſtitutionem factum: quod mihi perſuaſit, ut deuteronomicam inſtitutionem leuiticę legis diſpenſationem eſſe putem, eiuſq; in parte reuocationem, & nō eius epiikiam, nec ab ea exceptionem, ſi de fratria carnaliter cognita, intelligatur data eſſe: Hęc quoq; ſunt quę in medium nunc afferam. Nullius diuinę legis interpretatio aut epiikia eſſe poteſt lex aut conſuetudo aliqua quantumuis annoſa, per eam damnata ac expreſſe prohibita. Et leuitica lex annos plus minus xl. ante deuteronomicā legē ſcripta eſt. Hoc, pręter autoris gloſe ordinarię teſtimoniū ſuper primū deutero. caput, & Iſychii in cōmentariis ſuper leuiticū, atq; Pauli epiſcopi burgēſis ī additione prima ſuper .xx. Exodi caput, ex fine quoq; libri leuitici cū exordio codicis Deu. collato, liquet. Ille enī āno prīo poſt exitū filiorū Iſrael ex ęgipto ſcriptus ē, hic uero quadrageſimi anni menſe undecimo

Nec deuteronomica lex nec conſuetudo antiqua ī Iſrael etiā añ datā illis legem, de ducenda, fratria, eſſe poteſt leuiticę legis limitatio, aut ab ea exceptio, eiuſue interprętatio: qm̄ per eam reprobāt atq; damnantur.

undecimo. Toto igitur tempore illo ītermedio quo le uitica lex deuteronomicā prēceſſit (quicquid in leuiticis quęſtionibus dicat Auguſtinus, & in uero ſit de antiqua in Iſrael conſuetudine, de ducenda fratria) fratrię carnaliter cognite coniugium, omnino illicitum, inhibitum, interdictum q; erat. Sed & quę mihi etiam perſuaſerunt ut crederem deuteronomicam inſtitutionem iudicialem de ducenda fratria (quę quidem non ante condita erat, quam Iſraelis filii terram repromiſſionis iam iam eſſent ingreſſuri) Moyſaicam tantum iuſſionem eſſe eiuſq; ſolam expoſitionem ac legem, & non conſilium, nec legem dei neq; imperium eius (qui apud iudeos tantum, fratrię carnaliter cognite coniugium dimiſit impunitum, quia non libidinis ſed pietatis affectu illud iniere) ſi de fratris ſine liberis defuncti coniuge carnaliter ab eo cognita intelligatur eſſe data: hec ſunt que ſupra ſcripſi, atq; hic iam ſubiuncturus ſum. Deus nihil in lege ſua precipit, lēgem ſaltem aliquam de eo condens, quod de ſe malum eſt, & naturę legi aduerſatur, Turpeq; in ea non ſolet generaliter ſaltem iubere. Et ubi hoc iudeorum priuilegium, ſiue conſilium moyſaicum ſcribitur, deuteronomii, uidelicet, cap. xxv. non inculcatur, nec uicibus ſex replicatur, imo ne ſemel quidem nominatur. Ego dominus: quemadmodum leuitici cap. xviii. ubi ne deſpicerentur, aut negligerentur ea quę ſanciuntur, dicentibus quibuſdam quia moyſeos ſunt, hoc idem reuera ſexies repetitur, bis, uidelicet, in capitis initio iuxta Iſychiū in cōmentariis ſuis ſuper Leuiticū

Dubitat autor de priſca conſuetudine ducendi fratriā, hebręa ne fuit, an chananea, aut moabiti ca.

Coniugium fratrię carnaliter cognitę a moyſe dumtaxat p̄ceptum fuit gēti iudaicę, & a deo tantum p̄miſſū.

Prima ratio. 1

Secunda ratio. 2

Cur deuteronomii capite .25. in fratriarum matrimonio, Ego dominus, nō ſcribitur?

In euangelio

3 Tertia ratio. In euangelio prẽterea dicitur, Moyſes dixit, Moyſes nobis ſcripſit, ubi mentio fit de hoc iudeorum priuilegio, Marci, uidelicet, cap. xii. Matthei. xxii. & Luce cap. xx. Sic deuteronomii cap. primo cõſimiliter ſcribitur, Cẽpitq; uidelicet, Moyſes explanare legem. Adhec,

4 Quarta ratio tranſgreſſio legis deuteronomicę de ducenda fratria, palam ſane oſtendit eam eſſe Moyſaicam tantum inſtitutionem & non diuinam legem, quia mortale crimen non erat, & citra dei diſplicentiam ac offenſionem, illã committere, iuſſionemq; negligere poterãt iudei. Libero enim eorum arbitrio relictum erat utrum eam iuſſionem adimplere eiq; obedire uellent uel negligere, modo probrum quoddam a populo propter id ſuſtinerent, quod quidem in dei legibus plane nõ inuenitur, imo nec quicquàm huic ſimile. Deum nãq; procul omni controuerſia abſq; dubio offendit, quiſquis eius legẽ aut iuſſionẽ negligit ac tranſgreditur. Chriſtus inſuper

5 Quinta ratio ipſe diuortium & repudium coniugum, Moyſeos permiſſionem (quia illud in lege ſua ipſe non puniuit, ſed inpunitum reliquit diuino iudicio puniendũ, permiſſioq; malorum eſt) & non dei legem neq; eius conceſſionem (alioquin ue, lege licitum fuiſſet, minimeq; malum ſi cum eo deus diſpenſaſſet, aut hominis conſiliũ moyſeos fuiſſet, non tanquam hominis ſed ſicut prẽconis legis diuine) in euangelio uocauit: quia naturę legi, diuinęq; iuſtitię aduerſatur, atq; ita nõ erat ab ĩitio creaturę, & exordio cõditionis humanę. Id quod (ut & ante dixi) teſtantur etiam Ambroſius & Hieronymus, quos Hugo cardinalis ſequitur, & Gregorius in gloſa interlineari,

Permiſſio malorum ẽ.

Marci. cap. 10 & Matthei. capi. 19.

interlineari, cuius uerba Phariſeorum obiectionem cõ tinent, atq; ita ſe fere habent. Quãdo, quidem deus in initio ſic ordinauit, ut ſcilicet, non fieret diuortium, & non ſic habuit lex naturalis: quare Moyſes ſuperordinauit, contrariumq; ſtatuit? doctrina Chriſti concordat legi naturali, quia iam eſt tempus perfectionis. Hactenus in gloſa interlineari Gregorius. Quocum cõ ſentit Matthias doringus ita ſuper phariſeorum quęſtionem ſcribens. Quid, uidelicet, ergo Moyſes mandauit dari libellum repudii & dimittere? dominus Ieſus hanc multiplicem quęſtionẽ diſtinxit, tacite cõcedens quòd Moyſes bene mandauit dari libellum, ſed negauit quòd Moyſes mandauit dimittere uxorem. Vnde dixit ad illam partẽ quęſtionis, Moyſes ad cordis ueſtri duritiam permiſit dimittere uxorem: ab initio autẽ ſic non fuit. Gloſa interlinearis, ſimiliter & in argumento, & eſt beati Hieronymi. Moyſes permiſit nõ deus, quia contra legem naturalem: Hec in gloſa ſparſim, & magiſtro in libro ſententiarum .iiii. circa hanc materiam. Sic interpretatur reſponſio chriſti. Hactenus Matthias in replica ſeu correctorio ſuo ſuper .xix. euangelii Matthei caput, ubi etiam affirmat, quòd deus nihil pręcipit, quòd de ſe malum eſt, & quòd nullum malum in lege generaliter pręcipitur. Ex his, Vt opinor lector cãdide, & chriſti ad phariſeos Matthei cap. xix. reſponſione liquet legẽ diuortii permiſſiuam deuteron. cap. xxiiii. Moyſaicam tantum & humana dumtaxat autoritate factam, quia naturę legi aduerſatur, minimeq; diuinã eſſe. Nam palam eſt chriſtum, qui Marci cap. x. Moyſen

Lex diuortii permiſſiua, moyſaica tãtum erat & non diuina, neq; dei autoritate facta, pręterq̃ in cauſſa fornicationis.

Moyses ex propria industria libellū repudij mādauit dari

asserit ad duritiam cordis scripsisse iudeis prèceptum istud de libello repudii, & non de diuortio ipso, in prę scripto Matthei capite atq; etiam eiusdem quinto, non tantum pro tempore legis euangelicę, quemadmodum non rectè interpretātur nōnulli scholastici theologi (iu deos enim alloquebatur) sed simpliciter, proq; omni tempore illicitum, malumq; diuortiū affirmare, nisi dū taxat in fornicationis casu: in quo quidem, cum odio uxorem habueris, dimitte eā, dicit dominus deus Israel iuxta Malachiam: qui ita reuera aut mystice interpretandus est, uel alioqui omnino contrarius erit Christo, eiusq; respōsioni aduersabitur. Chrysostomus insuper de diuortio in commentariis suis super. xix. Matthei caput scribens, aperte testatur quòd & contra naturam, & contra dei legem illud esse Christus ipse ostenderit. Eius uerba ita se habent. Pręter naturam quidem, quia caro inciditur, contra legem autem, quia cum deus con iunxerit ac iusserit non separare, Iudei contra pręcepta dei facere ausi sunt. Hactenus Chrysostomus. Liquet pręter hec ex his per eandem rationem, legem etiam deuteron. cap. xxiii. permissiuam usurę, quæ consimiliter nature legi (uel philosopho teste) omnino aduersatur, & iuxta. R. Salomonem (quem Lyranus in cōmentariis suis super. xxii. Exodi caput in hoc sequitur) hebraice uocatur morsus, id est neshech: usurę, inquā, atq; fœnoris cū extraneis & alienigenis, quòd quidem per euangelium quoq; prorsus prohibetur, quia simpliciter illicitum erat, etsi lege permissum, deq; se plane malum: Moysaicam dumtaxat legem, permissionemq; esse

Christ⁹ pharisęis respondens, illicitū oīno esse asserebat moysaicū cōiugū repudium.

Cap. 2.

Autor, hic cōciliat xp̄o propheram, eosq; reddit concordes.

Lex usurę pmissiua cum alienigenis, Moysaica tā tum erat & non diuina.

esse & nõ diuinam, neq; eius concessionem. Quicquid deniq; naturę igitur legi contrarium est, & in Moysi lege scribitur (Vti sterilis maledictio, & huiusmodi) aut ibidem generaliter ac expresse pręcipitur, conceditur, permittitur, uel maledicitur: uel tacite & implicite a Moyse ipso dumtaxat maledictum, pręceptum, concessum, permissuuq; est, & non a deo: nisi ibidem prę cedat, Ego dominus, seu locutus est dominus (ut in sacrificio zelotipię, Numeri cap. v. uidere licet, & oblatione inuestigante adulterium per diuinum iudicium) uel subsequatur, Ego dominus. Immerito nanq; is, eaue, qui uel quæ non gignit, irrationabiliterq; profecto ob id a deo malediceretur, infamisq; reputaretur, qui uel quę naturę uicio sterilis est, naturaliterq; infrigidatur, cum peccatum omne uoluntarium sit. At apud iu deos pro benedictione, beatitudine & fœlicitate reputabatur fœcunditas, & pro maledictione, opprobrio, ac infamia, sterilitas: quod quidem ex multis scripturę locis patet. Tacite prętera ac implicite, scripsi ipse propter digamiã seu bigamiam & uxorum dualitatẽ, quam primus omnium introduxit Lamech contra morem & naturę legem, quæ fuit unius cum una, adulterium committens, Vti Lyranus glòsęq; interlinearis autor aiunt in commentariis super caput genes. iiii. ubi ipse Lamech primus õniũ duas legitur simul habuisse uxores, & hoc in eo iuxta sententiarum magistrum ac alios arguitur, quia pro expletione carnalis uoluptatis id fecisse perhibetur. Tacite inquã ac implicite scripsi propter digamiam seu uxorum dualitatem, quàm sicut & poly-

Canonẽ hic tradit autor quo dinoscit potest quando sue. legẽ seu instrumẽto deꝰ quicq; ꝓcipit, permittit ue, & qñ Moyses.

Inuestigatio adulterij sus pecti per diuinum iudiciũ, ex se mala erat, etsi in lege, permissa, atq; in ea, minime punita. Vide Alexãdrum de Ales in quest. de diuortio.

gamiam, ſeu coniugum pluralitatem, nec Moyſes ip ſe in lege ſua reprobauit, nec uetuit, nec puniuit, ſed per miſit potius ac conceſſit: et in duobus caſibus, fratrię uidelicet, ac filię pręter patris conſenſum uiciatę, ſtatuit ac expreſſe pręcepit, deuteron. cap. xxii. &. xxv. atq; cū ea tacite diſpenſauit deuteronomii. cap. xx. ubi ita ſe habent uerba eius. Si habuerit homo (quemadmodum Helkana Annam & fenennam) duas uxores unā dilectam & alteram odioſā. &c. Rurſus deuteron. cap. xxvii. Non multiplicabit ſibi rex mulieres uel uxores, ne recedat cor eius, hoc eſt, ſecundum Durandū, ne animus eius eneruetur & infatuetur (omnis enim amans, amens eſt) aut a fratribus ſuis abalienetur propter alienigenas illas iuxta targum & paraphraſin chaldaicam Onkeli ſyri interpretis (qui pro uxoribus alienigenis pręceptum hoc Moyſeos, quòd abſq; dubio trāſgreſſus eſt rex Salomon, datum dūtaxat eſſe putabat) uel ut in noſtra habetur tranſlatione latina. Nō habebit rex uxores plurimas quę alliciant animum eius, ſcilicet a deo. Hoc eſt, uxorum ſuarum numerus xviii. numerū nō excedet iuxta. R. Salomonem, qui hoc hic inepte addit, & in commentariis ſuis ab Onkelo diſſentit, quē admodū ac in deuteronomicis quęſtionibus Auguſtinus, qui ibidem nobis hoc reliquit ſcriptum. Permiſſū eſt enim regi plures uxores habere, non plurimas (quę alliciant animum eius) multiplicare, cum tamen additur, quæ alliciant animū eius (Nā, Vt non eleuetur cor eius, ibidem a ſciolis pro eo corrupte poſitum eſt) alienigenas, prohibitas eſſe uidetur. Veruntamen multiplicatio

Digamia expreſſe pręcipitur deuteron. cap. 22. et. 25.

Primi regū libri cap. primo.

Multiplicatio vxorum generaliter prohibetur deuterono. cap. 17. Non multiplicabit ſibi rex uxores. Sic enim ibidē ad uerbū hebraice habet. Permiſſū eſt tamen regi plures habere, ſed non multiplicare, id eſt, plurimas habere.

catio uxorum generaliter prohibita est. Permissum est autem regi plures habere sed nō multiplicare. Hec ille. Certe pluralitas uxorum per euangelium prohibetur, & absq; dispensatione diuina, quicquid contra faustum dicat Augustinus, naturę legi, secundario, quēadmodū recte scribit Scotus, primeuęq; matrimonii institutioni, quę fuit unius cum una, aduersatur, etiam si fiat prolis caussa. Legis insuper moysaicę tempore letaliter delinquebant iudei, qui plures habebant uxores libidinis gratia. In quo quidem casu quemadmodum atq; ob maius bonum, prolis, uidelicet, multiplicationem ad cultum diuinū, etsi in ue. lege permitteretur, illicita tamen simpliciter erat deq; se iuxta Chrysostomū ac Innocentiū tertium, plane mala, perinde ac cum alienigenis usura, quę per eandem permittebatur: id quod quoq; testatur Doringus in replica sua super. xix. Matthei caput (ubi polygamiam propter maius bonū, licitam ac sanctam, sanctis patribus fuisse asserit) & Lyranus in commentariis suis super. xxiiii. deuteron. a quo etiam Burgensis non dissentit in additione. ii. super idē, &. xix. Matthei caput, ubi hec habet uerba. Secundum legem ueterem pluralitas uxorū fuit licita seu permissa, Hec ille. Chrysostomi autem, cuius iam memini uerba de uxorum pluralitate, ita fere se habent. Polygamię peccatum raritas hominum & necessitas in initio excusabant, uerum multiplicato postea mundo, etiam hoc malum naturā cępit suam, & cępit esse peccatum. Hactenus in cōmentariis suis super Mattheū Chrysostomus. Verba uero Innocentii tertii hec sunt. Verum absonum hoc (id

In. 4. dist. 33. quest. de bigamia, ubi ita ait. Monogamia est de lege naturę secūdario et bigamia contra illam.

Vxorū pluralitas, etsi simpliciter illicita esset deq; se plane mala, licita tamen erat ex dispensatione legis iuxta Lyranum, et presumitur de Abrahamo ac alijs patribus sanctis q fuerit cum eis dispensatum in bigamia, alioqui mortaliter peccassent: quia non reputat eos Scotus fuisse tunc cōfirmatos.

 est,

eſt, uxorum pluralitas) uidetur, & inimicum fidei chriſtianę, cum ab initio una coſta in unam fœminam ſit conuerſa: & ſcriptura diuina etiam teſtetur quòd propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit uxori ſuę, & erunt duo in carne una: non dixit tres uel plures, ſed duo: nec dixit adherebit uxoribus, ſed uxori: Nec ulli unquā licuit inſimul plures uxores habere, niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum, quę, mos quandoq;, interdum etiam fas cenſetur, per quam ſicut Iacob a mendacio, Iſraelitę a furto, & Sampſon ab homicidio, ſic & patriarchę & alii uiri iuſti qui plures leguntur ſimul habuiſſe uxores ab adultero excuſantur. hactenus Innocentius. iii. extra de diuortiis cap. Gaudemus. Qui Hieronimum partim ſequitur in libro contra Iouinianum primo, ubi ita nobis ipſe ſcriptum reliquit. Et erunt, inquit, duo in carnē unā, nō tres, neq; quatuor: alioqui iam non duo, ſed plures, Hec Hieronymus, in carnē unam, pro, caro una, quòd & Chriſtus in euangelio habet, hebraice ibidē magis quàm latine ſcribens. Verum iſto iam polygamię parergo, excurſuq; prętermiſſo, ne tibi lector erudite moleſtus ſim, ad cœptum mihi rurſus redeundum eſt. Hoc idem igitur quod ipſe, fere, paululum ante tradidi, anſam & occaſionem a Chriſto ipſo ſeruatore noſtro eiuſq; ad phariſeos reſponſione accipiens, atq; Apoſtolo (qui dei ſpiritum habebat, & tamen tanquā homo, epiſtolę ad corinthios primę. cap. vii. dixit, De uirginibus autem pręceptum domini non habeo: conſilium autem do. Rurſus ibidem, dico ego nō dominus) nō mihi modo, ſed &

In carnem unā, Geneſ. ca. 2. et Matthei cap. 19. p, caro una, hebraica locutio eſt, et non latina, quemadmodū atq;. Ero ei in patrem pro, Ero ei pater. 2. regū cap. 7.

ſed & Ambroſio, Hieronyõ, Hugoni cardinali, Gregorio gloſę iterlinearis autori, Matthię doríigo, atq; Scoto homini ingenioſo, ingeniiq; acumine prędituſ acerrimo, uerum uidetur, cuius hec quæ iam ſubiungo, uerba ſunt. Permiſit Moyſes diuortiũ nõ deus, ſcilicet ĩmediate prędipiẽdo Moyſi inter alia prędepta. Vnde nunquã ĩ quatuor libris legis ĩuenitur deũ hoc (ſcilicet diuortiũ) prędepiſſe Moyſi nec alii, ideo iſtud magis prèciſe Moyſi eſt imputandum, ſicut omnia quę ſunt in deuteronomio & nõ alibi, quã illa quę alibi locutus eſt deus ad Moyſen. Et eſt hec ratio congrua, quia laxationes pertinentes ad induſtriam humanam deus non ita uoluit ponere in ſcriptura tanquã a ſe prolatas, ſed ſicut a ſeruis ſuis; perq; ſe immediate non expreſſit ipſe alleuiationẽ laboris Moyſi, ſed Iethro tanquam ad humanam induſtriã pertinẽs expreſſit. Hactenus in. iiii. diſt. xxxiii. & queſt. iii. Scotus, aliquanto amplius aliquid in hoc argumento quàm ipſe aſſerens. Moyſaica itaq; interpretatio, ſiue traditio, aut lex in toto uel per totum codicem deuteronomium, qui in pleriſq; tantę eſt autoritatis quantę quiſpiam alius quatuor reliquorum librorum legis ſeu pentateuchi, et ab Iſraelitarum rege nocturna manu diurnaq; toto tempore vitę ſuę uerſari debebat, non ſemper diuina ſine dubio eſt, et ſi falſum omnino eſſe firmiſſime credam, quod de Moyſe, qui non ſemper dei legem promulgauit, eiuſq; lege ſcribit Diodorus Siculus. Nec huic meę opinioni, ſeu epilogo, et concluſioni, quam hic non aſſero, ſed eruditis tãtum excutiẽdam, iudicandamq;, propono ac relinquo:

obſtat

Scotus hoc hic idẽ fere quod autor, ſẽtit, ex quo ipſe quidem ſuum pene intentum cõcludit quintamq; rationem ſuam corroborat.

In libro. 2. de legum inſtitutorib⁹, ubi ita ait. Apud Iudęos Moyſes ab Iao, quem deum uocant, acceptas leges dare, prę ſe ferebat: ſiue putans rem mirandã ac diuinã maximeq; mortalibus utilem leges eſſe, ſiue ut citius populi ob rei excellẽtiam deũ timore legibus obtẽperarent.

obstat aut aduersatur, quod in initio cap. vi. deuteron. scribitur. Hęc scilicet sunt pręcepta et ceremonię atq; iudicia quę mandauit dñs deus uester ut docerem uos ut faciatis ea in terra ad quam transgredimini possidendā ut timeas dominū deum tuum et custodias omnia mādata et pręcepta eius quę ego pręcipio tibi. aut in exordio ca. iiii. eiusdē. Non scilicet addetis ad uerbū quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. custodite mādata dñi dei uestri que ego precipio uobis. Cū nō de uniuersis quę scripta sunt in volumine legis deuteronomicę (quę ut a iudeis impleātur, iubetur, deuteronomii ca. xxxii.) intelligenda sint illa Moysēos dicta, sed de illis tantum iudiciis, ceremoniis, et preceptis quę in capitibus nominatis recensentur, (id quod liquet ex fine capitis vi. suprascripti, qui uerba hec habet. Precepitq; nobis dñs ut faciamus omnia legitima hec. scilicet suprascripta in eodem capite) uel illis quę naturę legi minime aduersantur. Atq; hec de ve. tora, id est, doctrina, lege, seu instrumento, in quo utinā Moyses ipse nobis scriptū reliquisset, Permitto, uel, sicut Apostolus in nouo, Pręcipio nō ego sed dominus. Dico ego nō dominus. Hoc autem dico secundum indulgentiam et non secūdum imperium. Hactenus Paulus. Qui ibidem etiam hoc scripsit. Puto autem quòd et ego spiritum dei habeam, et, De uirginibus autem pręceptum domini nō habeo: consilium autem do tanquàm misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis: hec ille. Nunc in nouo testamento mihi tibi Abele, quàm primū sextā in medium hic produxerim rationem meam ac argumentū

Tora, id est, Istructio, seu instrumētū, uel doctrina

Epistolę ad Corinthios primę ca. 7.

Abel interpretatur vanitas.

mentum vltimum de deuteronomica inſtitutione de ducenda glore, ſeu, ſororia, et affine ieuama ac fatria, quòd, uidelicet, Moyſaica dumtaxat lex ſit minimeq; diuina: atq; nonnulla ſcripſerim de diuortio, quòd, ſcilicet, in ue. lege pręterquàm in caſu fornicationis omnino illicitum fuerit ac malum, mortaleq; peccatum: mihi, inquàm, tibi Abele, uere iuxta nomen tuũ uane, uanitaſue ipſa potius, utpote qui de alienis plumis ita gloriaris, atq; cõtra Chriſti doctrinam et tuã profeſſionem tam male de aliis ſentis ac ſcribis, reſpondendum eſt atq; Cornelio Agrippę, et R. Roffenſi epiſcopo.

Abel interpretatur uanitas.

Deus deniq; ipſe optimus maximus, iuſtuſq; iudex, etſi aliqua de ſe mala ac illicita, quę naturę legi cõtraria ſunt, permittat pręcipiatue: non tamen in lege ſua (quemadmodum in ſuis inſtitutionibus Moyſes in coniugum repudio, atq; fratria carnaliter cognita in coniugem ſumenda) modũ dat ac formã quomodo talia fiant, neq; de illis illicitis ac malis, quę naturę legi aduerſantur, perpetrandis canonem aliquem tradit, aut in ea, ſua, inquã, inſtitutione, mortalibus mala illa per regulam aliquam permittit ac concedit, atq; ut ab eis committantur, pręcipit. Si enim ita faceret, atq; diſſimulationem alicuius de ſe mali, illicitiue in lege ſua per Moyſen edita aut prophetas ſcribi iuberet: & non contra, eis per legem ſuam a Moyſe, prophetis, ac Agiographis ſcriptam indicaret explanaretq; ea eſſe mala multum noxia, letifera, minimeq; perpetrãda, atq; illa redargueret, iniuſtus profecto eſſet & inidoneus, crudeliſq; legiſlator, eiuſq; lex etiam ſine dubio iniuſta: utpote qui ex induſtria

Sexta & ultima ratio, qua probat autor deuteronomicam iuſſionẽ de ducenda fratria, moyſaicam dũtaxat & non diuinam, legem eſſe. 6

 pręciperet

pręciperet noxia, & tanquàm imprudens ac sui immemor, idem prohiberet iuberetq;, & in eadem lege pro uno ac eodem tempore, populoq;, contraria: atq; sic hominibus ille ipse per legem suam, non tantũ ansam peccandi mortaliter, directe daret (quemadmodum iudeis Moyses in repudio, si sponte & non coactus ob eorũ durã ceruicem, illud eis permisisset, atq; sicut sapientię scribitur cap. xi. propter pœnitentiam non dissimulasset, eorum tandem resipiscentiam sperans ac expectans sicut olim liuonienſium iudeorũ, Innocentius tertius, atq; Anglorum, Gregorius) sed & ad id eos impelleret, cogeretq; in sempiternum eos suppliciũ quoq; interitumq; incidere atq; in damnationem ire perpetuã. Certe iuxta diuum Ambrosium in commentariis suis super Lucę caput. xvi. grauius est reuera legẽ criminis feciſſe quàm crimen ipsum. Et coniugum repudium prętерquàm in fornicationis casu, est de se malum ac illicitum, naturęq; legi, & diuinę iustitię aduersatur: atq; ideo si, uti Scotus non recte scribit, a legislatore nõ modo tanquàm ex quadam necessitate licitum, permitteretur, sed & concederetur ac prèciperetur propter grauius ac maius malum uitandum, non tamen per hoc, si sit adhibenda Doringo fides, redderetur efficereturq; licitum ac bonum, aut a peccato culpam legislator auferret atq; ab eo excusaret quemadmodum in commentariis suis super Mattheũ scribit Chrysostomus, etsi iuxta sententiarum theologicarum coaceruatorem in .iiii. dist. xxxiii. in peccatore culpã minueret. Chrisostomi uerba ita se habẽt. Vbi etsi legislator Moy

Sicut deus peccata hominum dissimulat propter pœnitentiã, sapientięq; ratione sic Moyses diuortium dissimulauit, iadeisq; non spõte sed coactus permisit & non concessit.

Coniugum repudium & uxorũ pluralitas naturę legi aduersatur. Neutrũq; de iure naturę est si stricte capitur.

In replica sua sup. 19. Matthei caput.

ses

ſesa peccato culpam abſtulit non tamen dei iuſtitiam demonſtrauit. Vt quaſi ſecundum legē agentibus peccatum non uideretur eſſe peccatum. Hec ille. Quem non modo Scotus (qui in .iiii. diſt .xxxiii. ita ſcribit: Qui uxorem dimittebat faciebat male, ſed nō ita male quòd peccaret mortaliter contra matrimonium, ſicut feciſſet ſi non fuiſſet licentiatus per legem) ſed & Burgenſis ſequitur per eum etiam deceptus in additione ſecunda ſuper .xxiiii. deuteron. caput. In legibus inſuper humanis etſi legumlatores omne illicitum, malumue pœna minime mulctent, atq; ita quodammodo permittunt quia illud non puniunt: tamen nullo modo in legibus ſuis illud concedunt, aut pręcipiunt, quemadmodum, Scotus in .iiii. diſt .xxxiiii. non recte, contraq; Auguſtinum interpretatur, quòd Moyſes immediate conceſſit & non deus diuortium: quod quidem in ue, lege per dei diſpenſationem licitum iudeis fuiſſe ſcribit diſt .xxxiii. Vbi etiam chriſti uerba in euangelio (permiſit, ſcilicet Moyſes uobis ad duritiam cordis ueſtri dimittere uxores) non bene perpendit. Porro ſi Moyſes ad iudeorum duram ceruicem animum q; obſtinatū ne in odio perſiſterent, & uxoricidium committerent, atq; cordis domandi, uel, indomiti, quemadmodum Cſtriſtus ipſe interpretatur, duritiam (& non, ut inepte exponit Burgenſis, ob legis imperfectionem & ineptitudinem eorum ad capienda mandata perfecta ac ſublimia) diuortium illis non permiſiſſet, neq; libellum repudii ſcripſiſſet: non magis uxores fortaſſis dimiſiſſent quàm eorum patres ante legē eius, & tamen, ut opinor,

Repudium cōiugum in ue lege non modo permiſſum, ſed & conceſſū ac licitū fuit ſecundū Scotum, Burgē ſē, atq; Chryſoſtomū, & illicitum, ac permiſſū dū taxat iuxta Lyranū, atq; opinionem magis communem.

Moyſes coniugum repudiū permiſit, quod quidē fieri, ōnino tamen prohibuit deꝰ prętereq; in formicatiōis caſu.

Maluit Moyſes diuortiū idulgere q̄ odium & uxoricidium permanere. Vide Rabanū in commentariis ſuper 19. Matthei caput.

ille illud eis ad tempus permittens eorum q; resipiscentiam sperans, putabat forte quòd deo non multũ displiceret. Sane coniugum repudium in ue, lege iuxta Bonauenturam, atq; Petrum Lombardum, culpa non carebat, & quicquid dicat Chrysostomus, Burgensis, aut Scotus (qui contra christi mentem deum asserit nõ immediate sed mediate diuortium iudeis permisisse, concessisseq;, atq; in eo cum eis dispensasse) omnino illicitum erat & mortale peccatum deq; se plane malũ prẽterquàm in casu fornicationis (hoc est, adulterii manifesti, uel occulti quod morte non mulctabatur, & hic addo propter origenem) id quod prẽter Lyranũ, Gregorium, Hieronymum, Augustinum (qui illud iudeis permissum esse asserit perinde ac in urbe meretrices, nõ ut concedatur dissidium, sed ut tollatur homicidium) atq; alios orthodoxos interpretes pene omnes: testatur etiam ipse Messias siue Christus seruator & redemptor noster: qui, ut in euangelio Matthei scribitur, Phariseis respondens, in illo tantum casu illud etiam nobis nedum iudeis (qui secundum uoluntatẽ legis Moysi arbitrabantur se facere cum uxores dimitterent) permisit, licitũq; subindicauit: & non pro solo uoluntatis libito, arbitrioq; libero nostro: quemadmodum etiam hodie in coniugũ repudio faciunt iudei, in usuq;, more, atq; consuetudine uel abusu potius pernicioso in hanc usq; diem id habent, quia eis illud in lege sua permisit. Moyses in muliere captiua in bello & uxore gẽtili, quę nõ erat de terra chanahan seu repromissionis, aut Israel (huiusmodi enim ducere, deposito dimissoq; prius gentilitatis

In. 4. dist. 34 arti. 3. quest. 1. & 2.

Origenes in cõmentarijs suis sup Matheum, Moysaicum coniugum repudiũ omnino illicitum esse asserit, quia adulterium manifestum morte mulctabatur in ue lege.

Moyses ob odiũ dũtaxat diuortium in muliere gentili permisit & nõ ob fornicationem tantum quẽadmodũ Burgensis exponit, sed non recte neq; uere.

gentilitatis ritu, iudeis licebat iuxta .R. Salomonem quem in commentariis ſuis ſuper.xxi. deuteronomii caput, Lyranus ſequitur) deuteronomii cap.xxi. his uerbis. Si autem poſtea non ſederit in animo tuo.&c. uel ut in hebręo habetur. Si uero contigerit quòd poſteaquàm cum ea rem habueris, non chaphatſta ua, id eſt, uolueris nec concupieris eam, ſiue, uoluntatem & conplacentiam in ea non habueris. Quid multis moror? Nõ pro ſolo, inquàm, uolũtatis libitu, arbitrioq; noſtro ſed ob fornicarionem dumtaxat chriſtus (qui iudeos ex libris Moyſi, conuicit phariſeiſq; oſtendit uxorem non eſſe dimittendam) diuortium iudeis licitum eſſe ſubindicauit, nec ob odium naſcens ex re aliqua turpi (utpote, deformitate, uel defloratione, atq; aliis etiã iuxta Auguſtinum cauſſis pluribus, lepra, uidelicet, ſordicie ſeu immunditia.&c) quẽadmodum ipſe Moyſes in hebręa muliere illud permiſit deuteron.cap.xxiiii. Vbi ita ipſe nobis ſcriptum reliquit. Si acceperit (id eſt, deſponſauerit, uel duxerit) homo uxorem & habuerit (id eſt dominatus ei fuerit, uel, matrimonio ſibi eam iunxerit, aut ſubagitauerit, equiuocum enim eſt hebręum hic uerbum bahal) eã: & nõ inuenerit, gratiam ante oculos eius ſed oderit eam propter rem aliquam turpem ac fœdam, utpote, defloratiõnẽ, quã etiam ipſe Moyſes deuteron.cap.xxii. expreſſit his uerbis. Si duxerit uir uxorem & poſtea odio habuerit eam: quęſieritq; haliloth deuarim, id eſt, cauſſas, uerbòrum ambagibus in dolis ac circumuentionibus, & occaſiones quibus dimittat eam: obiiciens ei nomen

Iudeus chananeam ducere nõ potuit. uide.23. Ioſue caput.

Solum odiũ nõ erat ſufficiens cauſſa diuortij in hebręa uxore, quẽadmodũ atq; in uxore gẽtili & alie nigena, quę non erat chananea.

Nõ ergo ob odium dumtaxat dimittenda erat uxor hebręa ſicut gẽtilis.

pessimum (id est, infamans eam, Nam in hebręo hic ad uerbum habetur, fecit exire nomen malum) & dixerit: uxorem hanc accepi, & ingressus ad eam nō inueni uirginem. &c. Moysaicū itaq; & non dei, in hoc, scitum, seu, prèscriptū, uel potius permissionē correxit christus seruator noster Moyseos uoluntatem ac mentem declarans ipsumq; excusans Matthei. cap. xix. quòd uidelicet constrictus infirmitate & peccantium necessitate coactus pręterquàm in fornicationis casu, illud fecerit atq; ob duram rudium iudeorum ceruicem in quibus naturę lex hebetata erat offuscataq; illud eis indulgebat eorum penitentiam expectans, quemadmodum atq; Anglorum Gregorius: cuius uerba in decretis ita se habent causa. xxxv. quest. iii. Nec ea intētione hęc Anglorum genti scripsi mandata. &c. sed quòd adhuc illis neophytis existentibus: eis primum illicita consentire: & eos uerbis ac exemplis instruere oportet. Nam iuxta Apostolum qui ait: lac uobis potum dedi non escam, illis modo: non posteris (ut prefixum est temporibus) tenenda indulsimus. Hęc ille. Moysaicum, inquàm, & nō dei scitum correxit Christus, Matthei cap. v. ac. xix. atq; Lucę cap. xvi. Nec phariseorum interpretationem rectam ac ueram reprèhendit Marci cap. x. quam sequuntur Talmudiste, & immerito hic carpit ac taxat Paulus Burgensis Aquinatem suum partim sequens in additione prima super. xxiiii. deuteronomii caput. Vbi etiam Moyseos consilium uel permissionem potius, & minime, uti Scotus non recte sentit, eius, deiq; concessionem, aut sententiā de coniugū repudio haud quaquā

Epistolę primę ad Corinth. cap. 3.

In. 4. dist. 33.

recte

recte interpretatur, atq; Hieronymi tránslationem uerã, quasi minime ueram, emendare molitur, uerum inepte. Hebraica nanq; ita se habent deuteronomii cap. xxiiii. Si acceperit uir uxorem & habuerit rem cum ea, contigeritq; quòd non inuenerit gratiam uel fauorem in oculis eius, quia inuenit in ea heruath dauar, id est, aliquã denudationem, uel, nuditatem, hoc est, turpitudinem uel fœditatem, seu, rem turpitudinis, hoc est, latine, turpem rem. Est enim hic, uerborum metathesis ponitur q; heruath dauar, id est, turpitudo rei, pro, deuar herua, id est, res turpitudinis, quod uel generis masculini uerbum ierae, id est, uidebitur, uel apparebit, aperte declarat deute. ca. xxiii. in consimili ac eadẽ locutione, Nõ, uidelicet, apparebit in te turpitudo aliqua, uel ulla, in mundo, seu, res turpis.

Heruath dauar id est, aliqua ipitudo, uel, res turpis, bis tantũ in scriptura inuenitur, deuteron. nidelicet, cap. 23. & 24.

Dauar insuper hic iuxta Dauid Kamchi in radicibus, Ialkut, et Pirchun, non significat uerbum, uel, rem, etsi illud utrobiq; in hoc significatu etiã recte interpretati sint. lxx. seniores, sed muma, uel shum, id est, quicquàm, aliquid, uel, ullum in mundo. Et herua, id est, nuditas, uel, denudatio, per quod significatur turpitudo, uel, fœditas, & uereunda, uel, pudenda, in bibliis ubiq; he, literam habet uersam in taph, duobus dumtaxat exceptis locis Leuitici cap. xviii. et exodi cap. xxviii. ubi he literam retinet in besar herua, caro nuditatis uel mẽbrum turpitudinis, id est, uerenda.

Herua denutio uel nuditas, id est turpitudo uel fœditas, in bibliis nõ nisi bis inuenitur per he literam.

At iam rursus ad Paulum episcopum Burgensem mihi redeundũ est, qui sermonis sui immemor, mecum, ac Alexãdro de Ales, partim consentit in prima additione sua

Moyſes diuortium nō ob fornicationem tantum permiſit, quemadmodum nō recte ſentit Burgenſis, ſed et propter plures alias cauſas, inde Auguſtinum.

ſua ſuper. xxiiii. deuteron. caput, ubi repudium coniugum omnino illicitum, malumq; in ſe ſeu ſecundū ſe fuiſſe recte aſſerit in ue. lege, prēterquàm in cauſa fornicationis: atq; in illo tātum caſu a Moyſe permiſſum, quod tamen falſum eſt, contraq; ſcripturę contextum atq; Auguſtinum, etſi in additione ſua ſecunda, Moyſaicum coniugum repudium in ue. lege, contra, licitum iudeis ex iuſſione nedū permiſſione diuina eiuſq; cōceſſione atq; diſpenſatione, unacū gloſę ordinarię autore, atq; Scoto, erronee omnino ſentiat ac aſſerat. Verba gloſę ſunt hec. Dei ſententia ſeu lex de coniugum repudio quę naturę legi, primeuęq; dei ſententię aduerſatur, non uoluntate dei ſed peccantum neceſſitate conceſſa eſt. Hactenus autor gloſę ordinarię ſequens Hieronymum in cōmentariis ſuper Mattheum. Sane quicquid in. iiii. diſt. xxxiii. dicat, ponderetue, Scotus (qui coniugum repudium in ue. lege mortaliter illicitum fuiſſe negat, quem Caietanus quoq; in hoc ſequitur) non abs re plane ex Chriſti reſponſione ad Phariſęos, prēter pœnam uiris cōiuges dimittentibus definitā deuteron. cap. xxiiii. multi eliciunt, uereq; colligunt quòd diuortium in ue. lege prēterquàm in caſu fornicationis, omnino illicitum fuerit ac permiſſio tantum, et non conceſſio: opinioq; illorum qui coniugum repudium de ſe malum eſſe aſſeruut et in ueteri inſtructione ſeu inſtrumēto illicitum, ac crimen, letaleq; delictum fuiſſe, cōmunior eſt et ſecurior ſecundum Ricardum de media uilla. Atq; hęc de hac queſtione, An ſcilicet in lege ueteri diuortium fuerit licitum? quę inter ſcholaſticos

cap. 19.

Pœna erat, ſcilicet, non poſſe eaſdē uiduas aut repudiatas iterum ducere in uxores.

Diuortium in ue. lege, nec omnino licitum, nec totaliter illicitum fuiſſe reſponſio Chriſti declarat,

theologos

theologos occasione uerborum, quorum paululum ante memini, propter opinionum diuersitatem indecisa est, satis superq;. Nunc iuxta pollicitationem meam in nouo testamento mihi respondendum andagonistis meis est.

Episcopus Roffensis.

Sed & superuacaneum fuerit hoc ipsum docere, non esse prohibitum euangelico iure, quum & hac de re nemo theologus adhuc dubitauit.

Robertus VVakfeldus.

Hoc ipsum Pauli apostoli autoritate, & cęterorum concilio hierosolymis per spiritum sanctum ab illis celebrato, atq; euangelico iure, ad cuius aduentum legalia, Iudicialia, figuralia, & ceremonialia omnia cessarunt, euacuataq; sunt (id quòd supra per apostolum clare probaui: & idem uel ex dictis præcursoris domini, diui, uidelicet Iohannis baptistę patet, de quo ita apud Lucā legitur. Lex & prophetę usq; ad Iohannem) prohibitum esse, ante monstraui, ut opinor, non obscure. Et illud idem docet dubio procul, ad leuitici morale naturę respiciēs idq; confirmans ipsa scriptura euangelii Matthei. Non, uidelicet, tibi licet habere eam, hoc est, (uel euangelista Marco teste) uxorem fratris tui ducere atq; in coniugem accipere, aut eam uxoris loco atq; ueluti cō cubinam possidere, & cum ea turpiter ac fœde contra humanę uerecundię naturale illud, cuius in libro de ciuitate

Cap. 16. Baptista interpretatur lauator.

Cap. 14.

Cap. 6.

Cap.16. ciuitate dei.xv.meminit sãctus Augustinus, coire. Hoc ipsum insuper euangelico iure uetitum interdictum q; esse, quum ad eius aduentum, figurale, legale, ceremoniale, & iudiciale illud capitis .xxv. deuteronomii de ducenda fratria, cui ueluti fundamẽto hoc ipsum innititur, euacuatum ac abolitum sit: Nemo uel mediocriter callens litteras sacras, inficiari poterit. Lex enim Moysaica ad quoscunq; peruenerit, eius pręceptis probantur obnoxii: nisi quę uel euangelicis mãdatis uel apostolicis institutis euacuata monstrantur: id quod & in decretis habetur causa.xxxv.quęstiõe prima. Sane si sicut Agrippa & Abel una tecũ scribunt ac asserunt, hoc ipsum fratrię coniugium (quod figurali pręcepto de ducenda fratria carnaliter cognita tanquàm fundamento nititur) nullo euangelii pręcepto nec apostolico instituto neq; expresse neq; implicite prohibitum inueniretur: quemadmodum ab initio apud iudeos olim nõ libidinis sed ex legis instinctu, pietatisq; affectu, & lege cognationis: sic & nunc apud nos christianos ratione deuteronomici pręcepti, quòd tamen omnino iam euacuatũ est, periit, pręteriit, & non est, licitum esset, nobisq; pręceptum. Quòd quàm recte a uobis assertum sit, uos ipsi uideritis. Certe hoc apud eruditos theologos õnes absurdũ, ac iudaicum reputatur, reueraq; hereticum est. Pręter hęc, per euangelicam legem doctrinamq; prohibitum esse fratrię carnaliter cognitę coniugium, ex uerbis diui Gregorii atq; Augustini in sua super leuiticum questione.lxiiii.liquet, quę sunt huiusmodi. Quę leuitici cap. xviii.&.xx.sunt prohibita, etiam tempore noui testamenti,

menti, remota ueterum umbrarū obſeruatione, cuſtodienda ſūt. Rurſus idem in libro cōtra Fauſtum. xxxii. palam profitetur id iure euangelico uetitū eſſe nouoq; teſtamēto prohibitum: tantum abeſt ut hęſitet, & tamē hunc ut opinor e theologorum albo non eiicies. Hoc ipſum aperte fatetur etiam Tertullianus in libro quarto aduerſus Martionē atq; in libello ſuo de monogamia, quē theologū fuiſſe opinor nō negabis, ſepiuſq; a diuo Hieronymo citatū, atq; a ſancto martyre Cypriano uocatum non ſemel magiſtrum. Cum his inſuper Bonauentura conſentit qui in. iiii. diſt. xli. quęſt. iii. hec habet uerba. Quia enim promiſſa erat iudęis perfecta benedictio in ſemine, ideo nō debebat pati lex quòd aliquis eſſet qui uideretur ſine ſemine, ſi haberet propinquum qui ſuſcitaret, nunc autem quia hoc ſublatum eſt, ſic impedit omnino cōiugiū affinitas ſicut cōſanguinitas. Hec ille. Cui etiā hoc in caſu, in. iiii. diſt. xxxiii. ſāctus de Aquino Tomas his uerbis ſuffragatur. Frater, ſcilicet, nō potuit accipere uxorē fratris ſui defūcti niſi i. caſu, qñ ſcilicet moriebatur ſine prole, ut ſuſcitaret ſemē fratri ſuo. quòd tūc requirebatur, qñ per propagationē carnis, cultus religiōis multiplicabatur, quod nūc locū nō habet, & ſic patet quòd nō ducebat eā i uxorē quaſi gerēs propriā perſonā, ſed quaſi ſupplens defectū fratris ſui. Hęc ille. Qui, ut & hic uides, erudite lector, nūc nullo modo licitum eſſe aſſerit fratrię carnaliter cognitę coniugium. Ceſſāte enim ſublataq; cauſſa, ceſſat etiam hoc in caſu, teſte Tertulliano, effectus quoq;. Auguſtini uero uerba contra Fauſtum hęc ſunt. Cū ergo tale ali-

Vbi eſt uera affinitas, adeo ligat ut cōſanguinitas, ſz nūq; cum filia fratris ſui poteſt quis cōtrahere, ergo. &c, Bonauentura.

Fratrię carnaliter cognitę coniugium apud chriſtianos

nunq̃ licitũ fuit, iuxta Tertullianũ, Augustinũ, Gregoriũ, Aquinatem ac Bonauenturam.

quid legitur in instrumento (id est doctrina) ueteris testamenti quale a nobis obseruari uel iussum non est in nouo testamento uel etiam prohibitum, quid significet querendum est, non reprehendendum, quia eo ipso quòd iam non obseruatur, nõ damnatum, sed impletũ probatur. Vnde multa, ut sepe iam diximus, uelut hoc ipsum quòd modo non intelligens Faustus, mandatis ueteris testamenti pro crimine obiecit, quòd uxorem fratris ad hoc frater iussus est ducere, Vt non sibi sed illi sobolem suscitaret, eiusq; uocaretur nomine quòd ĩde nasceretur quid aliud in figura prẽmonstrat, nisi quia unusquisq; euangelii prẽdicator ita debet in ecclesia laborare, ut defuncto fratri: hoc est, christo suscitet semẽ qui pro nobis mortuus est: & quòd suscitatum fuerit, eius nomen accipiat? Deniq; hoc implens Apostolus, non iam carnaliter in prẽmissa significatione, sed spiritualiter in cõpleta ueritate .&c. Hactenus Augustinus. Ex quo & aliis supra nominatis uidere iam licet, quam recte asserat arrogantissimus impudentissimusq; hereſiarcha Lutherus in captiuitate uel confusione potius sua babilonica, & in Priapeio suo Teuthonico, atq; in libro de matrimonio, quòd, uidelicet, unicuiq; liberũ hodie sit, hoc est, nec prohibitum, nec prẽceptũ, & liceat hoc euangelii tempore uxorẽ fratris sui sine liberis defuncti ducere, uel neptem, aut coniugis suę defũcte sororem, quia Abraham, quocum deus dispensauit quemadmodũ atq; cum patriarcha & propheta Iacob, Saram duxit filiam fratris sui ex patre sed non ex matre: & hẽc, atq; coniugium cum sororis filia, in leuitico, ut ipse erronee asserit,

Cap. 9. &. 10 libri. 32. contra Faustũ.

Coniugium] cum nepte, & uxoris defũcte sorore, quicquid dicat Luther, a Moyse in leuitico si non expsse, tamen implicite ac tacite prohibẽtur, naturaq; iure,

asserit,a Moyse nō prohibentur. Quin & illud,isto cucullato dimisso, qui errores ac hereses suas e celo se habere uanissime stolidissime q̄; iactitat,illud,inquam,fratrię carnaliter cognitę coniugium per Apostolum,prohibitum esse qui,ut de eo scribit Origenes,de scripturis sanctis affirmare quòd dixerat solitus ē (hoc est,autoritatem dictorū suorum sufficere posse non credebat nisi doceret in lege & prophetis scripta esse quę dixerat)& epistolę ad corinthios capite quinto coitum coniugiū q; cū nouerca detestatur quòd sit leuitica lege morali uèti tum, Nemo theologus dubitat, qui leuitici cap.xviii. una cum eo, congressum cum fratria connumeratum uidit atq; inhibitum esse legit. Adhęc. Si matrimoniū cum fratria per euangelicā legem non sit prohibitum, sed iuxta te, Abelem & Agrippam, per christū potius approbatum.& ecclesia catholica illud uelut incestum, quod enorme crimen est atq; a natura abhorrens, prohibuit, Ergo non omnem ueritatem ad salutem necessariam, docuit illam in aduentu suo paracletus seu sacer spūs,erratq; turpiter ac fœde atq; fit heretica, uniuersalis ecclesia orthodoxa. Sane cū in Moysaica lege leuitica propter reuelationem turpitudinis fraternę uitandā uetitū sit,& ob incestū fugiendum, Ne quis sui fratris defuncti uxorem carnaliter ab eo cognitam ducat: Non est probabile, nec uerisimile quin quòd hoc ipsum etiam fratrię coniugium in euangelica quoq; legè (quę castitatis ac perfectionis lex est) si non specialiter ac explicite,ad minus tamen implicite prohibitū sit. Id quod & Scotus de coitu cū muliere menstruata, cui i leuitico

In commētarijs suis super .3.epistolę ad Romanos caput.

Bonā eorū partem quę in euāgelio prędicabant Apostoli, legis & prophetarū sermonib⁹ cōprobabant.

Spiritus sāctus cum uenerit, ille uos omnem ueritatē docebit. Iohānis . cap. 16. Si enim aliq̄ quę necessaria sunt ad salutē nūquā eis nunciata fuissēt iuxta illud saluatoris, Iohānis cap.15. Si ego non uenissem & eis locutus non fuissem, peccatū non haberent.

Autor hic tale argumentum efficit, quale in .4. Scotus, consimileq;.

fratria iuxta Moyſen uel deum potius ipſum, omnino aſſimulatur,aſſerit, atq; in.iiii.ſcribit, diſtinctiõe .xxxii. ubi conſimiliter arguit. Pręterea,lex quę leuiorem minoremq; inceſtum prohibet, grauiorẽ non ſuffert neq; maiorem tollerat ſed uetat atq; aufert. Ergo cum coniugium ſeu coitus cum nepte ex uxore, qui minor eſt inceſtus, & in leuitico ſub ſupplicio crudeliſſimo expreſſe prohibetur, per euangelicam inſtitutionem, quę perfecta lex eſt, interdicatur: & fratrię quoq; coniugiũ ſine dubio irreuincibiliter per eandem nouam euangelicam legem, ſi non ſpecialiter & expreſſe,tamẽ tacite ac implicite ſaltem prohibita prorſus eſt, etiam ſi hoc uobis concedã, quod in leuitico, uidelicet, illud nunquã inhibitum fuerit, quando ſine ſemine frater deceſſit. Maiorem propoſitionem meam habet decretorum gloſa ĩ cauſa .xxxii.queſtione.iiii.ubi ita ſcribitur.Prohibito minori id quod maius eſt,intelligitur prohibitũ, ſimiliter conceſſo maiori conceſſum uidetur & minus. Et, circa idem non poſſunt habere locum permiſſio & prohibitio. Hactenus gloſa. Quacum conſentit quoq; ſanctus Auguſtinus in queſtione ſuper leuiticum.lxxiii. ſic ſcribens . Nunc uero ſi quod minus eſt non licet, quanto minus licet quod maius malum eſt.Hęc ille, A quo in epiſtola quadam ad paternum non diſſentit diuus Ambroſius ita ibidem nobis ſcriptum relinquens. Lex quę leuiora aſtringit:grauiora nõ ſoluit,ſed alligat. Hęc Ambroſius.Illud etiã quod ipſe hic cõcluſi, omnino probat uel hoc, quod ſcilicet,chriſti lex, cuius prę cipuus ſcopus, finis & intentio eſt dilectio ſeu charitas:

Coitus cum filia filię vxoris. per cõbuſtionẽ punitur.cap.20

Argumentũ irreuincibile.

Sic enim idẽ eſſet licitum ac illicitum, pręceptũ & prohibitũ.

perfectior

perfectior lex ſit quam Moyſeos, qui reuerentię, uerecundieq; naturalis atq; charitatis propagande cauſſa, leuiticas prohitiones morales condidit. Et quod, ſcilicet, chriſtus ipſe, qui prȩceptum hoc quod omnibus hominibus uel Aquinate teſte, naturale eſt, ut inuicem nos diligamus, ſuum peculiariter uocat & Iohannis cap. xv. nobis bis ĩculcauit: euãgelii Matthei cap. v. prȩceperit, ut iuſtitia noſtra Scribarum & Phariſeorum iuſtitiam excederet. Iuſtitia, inquit in libello de monogamia Tertullianus, iuſti & pudicitia, quẽadmodũ atq, Origenes ĩ homilia ſuper leuiticum. xii. ad extremum prope. Non enim lex eſt caſtitatis, pudicitię, ſpiritus, & uitę tm̃ euãgelica lex: ſed & charitatis ſiue dilectiõis & amoris, iuſtitię, gratię, atq; perfectiõis: meq; hic uerũ dicere, ſermo chriſti ſeruatoris noſtri in euangelio aperte declarat. Vbi, Vti Aquinas ait, dominus oſtendit nouam legem abundare per concilia ad ueterem, non ſolum quantum ad ea quę lex uetus licita faciebat, ſed etiam quantũ ad ea quę in ueteri lege illicita erant, ſed a multis licita putabantur per non rectam prȩceptorum expoſitionem, ſicut patet de odio inimici, & repudio uxoris. Hactenus Aquinas. Certe qui fratris uxorẽ ducit eiuſq; turpitudinem reuelat, uel prȩcepta ſeu prohibitiones leuiticas ceteras de non reuelanda cognatorum uicinorũ fœditate prȩuaricatur, is iuxta Iſychiũ Gregorii Nazãzeni auditorem preſbyterumq; Hieroſolymorum, in commentariis ſuis ſuper. xviii. leuitici caput, contra decalogum agit, a charitateq; alienus eſt. Illa nanq; leuitica prȩcepta de nõ reuelãda propinquorũ turpitudine, ipſa

Eſt autẽ õnibus homini bꝰ naturalei ut ſe inuicẽ diligãt. &c. cap. 117. libri 3. contra gẽtiles Aquinas.

Niſi abundauerit iuſtitia neſtra ſuper Scribarũ & phariſeorũ &c. Matthei cap. 5.

Matthei cap. 5.

Diuortium ĩ ue. lege illicitum erat.

In. 4. diſt. 33. quẽ ſequitur Burgenſis.

Quiſquis turpitudinẽ carnalium cognatorum reuelat, totius legis trãſgreſſor eſt. Quare? quia alienum eſt a charitate q̃ agit, quę eſt legis plenitudo. Hec Iſychius.

ipſa eadē ſunt ſecundum Origenē in homilia.xii.ſuper xx̄.leuitici caput, quę in decalogo dantur: interq; hęc & illa diſcrimē aliud eſt nullum niſi hoc, quod, ſcilicet, Decalogi pręcepta abſq; pœnis data ſunt, & illa eadem quum in leuitico repetuntur, diuerſa ſuppliciorum genera habent aſcripta. Deniq; uel ob inceſtum, quod eſt uitium quod naturę legi aduerſatur: lege euāgelica, atq; chriſtianorum omnium more, ſeu, uniuerſali eccleſię orthodoxę conſuetudine (quę in omni gente, & loco per totum orbē chriſtianum hactenus religioſe obſeruauit ac uetuit ne huiuſmodi connubium uulgo admitteretur, & euangelicę legis interpres eſt optima) & multorum pontificum ſummorum conſtitutionibus ac decretis, ſynodorumq; ſanctarum non tam orientalium quam occidentalium ſanctionibus & conciliorū non paucorum ſtatutis, quę robur ac firmitatem a ſpū ſancto accepere, & hic de nouo nihil ſtatuunt ſed confirmant uetera, atq; ſenſum ſanum gniſiumq; moralis pręcepti leuitici, Qui ſcilicet, duxerit uxorem fratris &c. oſtendunt: uetitum eſſe interdictumq; fratrię carnaliter cognitę coniugium: Theologorum nemo negare recte poteſt. Et hoc idē de Eccleſia, pręter Bonauenturam, Gratianus etiam aperte fatetur in decretis cauſa.xxxv.quęſtione prima. Taceo leges imperiales quę hoc idem etiam apud ethnicos & gētiles prohibēt, uti in codicis libro.v.uidere licet de interdicto matrimōio. Quàm autē forte ac ualidum ſit hoc argumētū, fratrię carnaliter cognitę cōiugium per euangelium expreſſe non prohibetur, Vt hoc interim uobis dem, quibus

Per eccleſiam et eius ſtatuta ac decreta quę robur et firmitatem a ſpiritu ſancto potiſſimum accepere, in non paucis ſacro ſāctis Synodis ac conciliis uetitū eſt interdictumq; ne defuncti frater fratriam accipiat in cōiugē, etiā cum ſine liberis ille deceſſiſſet.

In.4.diſt.40 quęſt.2. &. 40. quęſt.3.

quibus aduersatur illud christi in euangelio Matthei, Non, uidelicet, ueni legem soluere aut prophetas sed adimplere. Ergo euangelico iure non prohibetur omnino. Videritis ipsi. Sane in illo christi dicto Matthei cap. v. & hoc, Euangelistę Iohannis cap. x. Non potest solui scriptura: tacite ac implicite continentur naturę tantum moralia mandata, & per illa duo, atq; per naturę legem, quia sepulta est cum honore synagoga, naturę inquā moralia solum pręcepta omnia stabiliuntur atq; confirmantur. Et hereticum plane est pertinaciter asserere nihil esse iuris euangelici aut diuini, nisi quod per euangelium expresse pręcipitur uel interdicitur. Sic enim Apostolicam kabalam negligeremus, atq; ita si res se se haberet, neq; coitus cū iumēto per euāgeliū illicitus esset aut prohibitus, qui a deo leuitici cap. xx. uocatur Teuel, id est, scelus & nephas: atq; morte mulctatur. Ita etiā neq; soceri cum nuru coitus per illud inhiberetur, qui quidem morte quoq; mulctatur, & diuina (etiam iuxta Hieronymum) lege non leuitica tantum prohibetur sed & deuteronomica, ubi duo hec simul interdicuntur eiusdem capite .xxvii. His adde, quod Apostolus epistolæ ad Ephesios ac Galatas capite quinto, atq; ad Colossenses cap. iii. nobis pręcipiat, ut fornicatio & omnis immundicia aut turpitudo ne nominetur in nobis, quemadmodum decet sanctos. Vbi sub immunditię & turpitudinis nomine etiam iuxta Basilium magnum ac Hieronymum, omnem sine dubio coitum immundum, Moysen imitatus, coniugium q; turpe, si non specialiter & expresse, tamen tacite ac implicite

ψ

Omnia moralia pręcepta implicite confirmant i illo christi, Matthei .v. Nō ueni solu ere legem. Vide Scotū.

Apostolorū traditio.

In cōmentarijs suis sup .2. Amos. caput.

Moysaica lex etsi multas ac uarias libidinis species tacito silentio prętermittat, tamen generalibus nominibus immūditias ōnes complectit, quēadmodū atq; apostolus uno immunditię nomine, ōnes uirorū simul ac mulierum nephandas impuritates cōprahēdit.

plicite reuera prohibet,quemadmodum atq; Apoſtoli cęteri in concilio hyeroſolymis habito (cuius mentio fit actuum cap.xv.)ſub generali fornicationis ſeu ſcortationis uerbo omnem impurum coitum cõiugium q; illegitimum uetãt.Rurſus idem moyſi legem ſequens, expreſſe & ſpecialiter prohibet ac damnat una cum impudicitia,fornicatione,immũdicia omni,& turpitudĩe, molliciem, & concubitum cum maſculo(qui a deo leuitici cap.xx.uocatur toheua,id eſt, abhominatio, & ab eo morte mulctatur ibidem)atq; nouercę cõiugium, epiſtolæ ad Corinthios primę cap.v.ac.vi.& ad Epheſios ac Galatas cap.v.atq; ſecũdæ ad Corinth. cap.xii.Ex conſequente igitur,ſi nõ expreſſe, tacite tamen ac implicite & coitum cum iumento atq; nurus & fratrię carnaliter cognitę coniugium ac cum eis coitum uetat:quę leuitici cap.xviii.&.xx. una quoq; cum illis illic connumerãtur, atq; ibidem interdicuntur .Ecce iã clare, Vt opinor,perſpicitis,quomodo Apoſtolus Moyſeos ueſtigia ſequens uno immundicię nomine coitus fœdos & nephanda crimina generaliter comprehendit quę in occulto fiunt:quæ nominare etiam turpiſſimum eſt ne etiam dicentis os & aures audientiũ polluerentur: id quod & in decretis cauſa.xxxii.queſt.iiii.uidere licet, Vbi uerſus quidam ſub nomine Hieronymi citatur qui in hebręo non inuenitur, nec in chaldeo, forte etiã nec in.lxx.interpretibus gręce. Quid plura? Meſſias ſeu chriſtus ſeruator noſter etſi ĩ lege gratiæ & euãgelio fratrię carnaliter cognitę coniugium ſpecialiter ac expreſſe iuxta Gratianũ (in decretis cauſſa .xxxv. queſt. prima)

Neq; adulteri,neq; molles,neq; maſculorũ cõcubitores.&c. regnum dei poſſidebunt. i.Epiſtolæ ad Corinth.i. cap.6.

Verecũdos uel uerentes facite filios Iſrael ab õni immunditia. In hebræo nõ inuenitur nec in Chaldæo.

prima)non prohibeat, reuera tamen illud implicite taciteq; nobis, ut ipse sentio, iuxta eū interdicit, ut de ecclesia nihil dicā, quæ illud specialiter prohibet. Certe nullas personas Soter noster in eodē expresse illegitimauit ultra duodecī illas,imo.xvii.uel forsā plures(matrē, uidelicet,nouercā,socrū,filiā,nurū,neptē,sororē,amitā, materterā,sororē uxoris defunctæ,fratriā,filiam uxoris, filiā filiæ seu filii uxoris,id est neptē ex uxore, atq; etiam ex se ipso, uxorem patrui,uxorem auunculi, quæ nec in hebrēo, nec in græco exprimitur, sed a Hieronymo tm̄ additur.&c) quæ non moysaico tantum uel diuino potius scito seu prēscripto leuitici cap.xviii.&.xx. contrahere, explicite uel implicite prohibētur: sed & Ambrosio teste, naturæ iure a cōnubio repellūtur. Id quod quoq; uel hac ratione obiter uobis iā sole clarius ostendam. Lege moysi nos nunc nō tenemur, neq; ei sumus obnoxii. At prēter Lutherum ipsum (quo cum uos etiā in hoc erronee cōsentitis quod fratrię coniugium hodie liberum sit nobisq; licitū, & a Moyse nūquam inhibitū fuerit in Vaiikra) etiam iuxta orthodoxos interpretes fere ōnes, gradibus leuitici cap.xviii.&.xx. prohibitis, etiamnū astringimur. Ergo leuiticæ prohibitiones omnes,naturę sunt morales, & nō, uti VViclefus uult(quo cum uos etiam in hoc male hereticeq; sapitis) iudiciales tantum. Propter quod etiam inter personas leuitici cap.xviii.&.xx. prohibitas, Romani pontificis dispēsatio nihil iuris habet neq; quicquā potestatis aut roboris. Id quod quoq; Scotus in.iiii. dist. his uerbis testatur. Papa non est supra legē naturę,sed illi,scilicet,

Filia,neptis, soror uxoris defunctæ,& uxor auūculi, ab Moyse Leuitici cap. 18.et 20.implicite tantū prohibentur & non expresse.

Omnes.17. personę in leuitico ad cō trahendum prohibitæ, iure naturæ ad matrimonium inhabiles sunt.

 subiectus.

ſubiectus. Qui ibidem in diſt. hoc quoq; ſcriptum reliquit. In euãgelio nõ inuenitur expreſſe alia prohibitio ultra prohibitionem legis naturę. Hęc ille, parum illic ſibi conſtans in naturę iure circa perſonas in leuitico ad contrahendum prohibitas.

EPISCOPVS ROFFENSIS.

Erit igitur nobis hęc unica concluſio. Nulla poteſt ratione ſolida colligi matrimonium huiuſcemodi naturę iure uetitum eſſe. &c.

ROBERTVS VVAKFELDVS.

Diuino iure & morali naturæ, ihibitũ eſt fratriæ carnaliter cognitæ cõiugium.

Diuino iure & morali uetitum eſſe huiuſcemodi coniugium nec tu negare potes: id enim in codice tuo, large moralitatis uocabulum extendens ipſe, & inſtituti tui immemor, hinc inde nonnunquam fateri uideris, ſi per hypotheſim non loqueris. Et hoc idem Romanorum pontificum decretis, decretalibuſq; epiſtolis, atq; publico eccleſię conſenſu comprobatur, teſtanturq; una cum Innocentio tertio, Eugenio, Pio, Gregorio, & Martino quinto pontificibus ſũmis, theologi hodie omnes fere atq; iuris pontificii profeſſores qui ne papã quidem in gradibus diuina leuitici lege prohibitis diſpenſare poſſe aſſerunt. Hoc idem ſentiunt etiam Gerſonus, Albertus magnus, Lyranus, qui diſcipline quoq; moralia hodie etiam manere aſſerit in prologo ſuo ſuper epiſtolã adhebręos, VValdenus cõtra VVicleſũ, VVilde

VVildefordus, Bonauentura, & ōnes pene quotquot ſcholaſtico more de ſcripturis diſſerunt. Imo hereticū eſt, contrarium aſſeuerare & cum VViclefo prohibitiones leuiticas de non ducendis cognatis & affinibus nō niſi iudicialia pręcepta eſſe, pertinaciter aſſerere. Quæ ſententia etiam per generale concilium conſtantienſe damnata eſt, uelut impia, heretica, & expreſſe contra ſacram ſcripturam, ut taceam hoc idē ante quoq; factū eſſe in magna conuocatione primū Londini poſteaq; Oxonii habita. Diuus īſuper Hieronymus cuius tēpeſtate iter latīos ī uſu nō fuit (quantū recordor) uocabulū hoc, Moralis, ſcilicet, lex, in cōmētariis ſuper Amos coniugium, coitumq; inter ſocerum & nurum diuina lege prohibitum etiam eſſe fatetur, ibidemq; ſcribit, quod & littera leuiticarum prohibitionum, utilitatem maximam habet ſi ſeruetur. Hęc ille. Supereſt itaq; iā ſolum ut etiamnum ratione aliqua ſolida ac firma id, naturę iuri aduerſari & per ipſum, id inquam coniugii cum fratria, uetitum eſſe oſtendam. Quod ſi fecero te plane uictum nedum Agrippam & Abelem, fatearis oportet, quum hoc tīn tu per codicē tuū totū refellere laboras fruſtra eiq; pertinaciter reluctaris, interim nulli iuris naturalis diffinitioni adherens, nec ulla te teneri patiens, timens ne per illā plane cōuincaris. Quod ōnino arguit te non parum cauſſę ſuſceptę patrocinio, defēſioniq; diffidere. Et primum quidem dico, Vt, quod inſtituti tui potiſſimum erat, tuaq; non parum referebat, de nomine, natura, atq; ui legis, quęue uere atq; proprie lex naturę nominatur: nonnihil dixiſſe, taceam.

Omnes leuiticę prohibitiones de nō ducendis ſāguine conīūctis & affinibus, hodie manēt, moraleſq; ſūt leges ſecundū ſcholaſticos theologos atq; canoniſtas.

Cap. 2.

Ius naturale uarie deſcribitur.

PRIMA RATIO SOLIDA, FIRMA ET irreuĩcibilis, qua ex legibus imperialibus & gentiũ Ritu, rectam rationem ſequentium, probatur coniugium cũ fratris uxore naturę iure uetitum eſſe, Refellũturq; obiectiones quibus contra, Non ſcilicet naturę lege prohibitum eſſe cum fratria ſiue fratriſſa connubium, contẽdit Andagoniſta ſiue aduerſarius: eadem etiam definiuntur lex, naturęq; lex, atq; quid de illis probati ſcribunt autores partim indicatur.

7 ETHNICI ET GENTILES OMnes in quibus naturę lex uel per duritiam, uel per cecitatem & craſſitudinem cordis, obliterata abolitaq; minime uidetur, uel per libidinem eorum intelligentia obtenebrata offuſcataq; non eſt, atq; lumen intellectus per eandem, aut aliquam prauam conſuetudinem, ſtultamue opinionem, hebetatum ac deprauatum, nec per huiuſmodi eorum obſcuratum cor, inſipiens factum, quum legũ latores & philoſophi tum poetæ ac cęteri eruditi una cum aliis qui ſola natura duce eiuſq; ductu uixerunt, hoc genus cõnubii coituſq;, Miſceri, uidelicet, fratris uxori, & alia nepharia, propudioſa, inceſtaq; in leuitico uetita: uelut libidines nequiſſimas & ipſi naturę legi, quæ nulli fere parcit, repugnantes, ſemper prohibuerũt atq; abhorruere. Hoc uel ex legibus imperialibus liquet Codicis libro .v. ubi huiuſmodi execrabiles, nepharie, ĩceſtę, pollutæq; nuptię ĩterdicũtur, atq; Plutarcho ĩ problematis, ubi

Præceptum generale ca. .18. Leuitici, Omnis ſ. homo ad proximã ſanguinis ſui nõ accedat, a gentib⁹ olim obſeruabatur,

ubi olim neceſſarias ducere prohitum eſſe aſſerit apud gentes: quę huiuſmodi quoq; coitum prohibitum, uocabant inceſtum: quaſi extra ceſtum: hoc ē cingulū ueneris, quo uxòr a marito cingebatur quādo ei maritalis fides dabatur: minimeq; conueniēm etiā eū aſſerebāt eſſe nuptiali fœderi. At non aliunde profecto ad turpia ea & inhoneſta in leuitico prohibita coniugia, quę annexam ſibi habent irreuerentiam & turpitudinem, fugienda atq; uetanda docti inſtigatiq; ſunt Allophyli illi, quàm ex uerecundia naturali, & honeſtatis dictamine, ipſoq; naturę ſenſu, qui iam pridem cognationes, certis appellationum nominibus, unde natus quis eſſet ſignificātibus, diſtinxit, atq; iudicio rectę rationis naturalis, quo pręcipi uetariq; eadem quæ diuino iure creditur, aut mentis lege ut Apoſtoli uerbis utar, quę mortales omnes ad honeſtatem, quę, uera uirtus eſt, nobiſq; naturaliter inſita, ſicut & cęterę iuxta Damaſcenum uirtutes omnes, impellit, perinde ac membrorum lex & maleſuada uoluptas ſiue Ietſer lef (id eſt, deſiderium, uoluntas, cogitatio, machinatio, figmentum, uel propenſio cordis) aut Ietſer harah atq; cōcupiſctia, quę pcti mater ē, ad libidinem & turpitudinem quę illi aduerſatur. Conſequitur itaq; ea naturę iure rectaq; ratione, qua nobis conſtat cum deo agnatio, uel ut ait in legibus Cicero, cognatio quędam, ſimilitudo & ſocietas, nedum conſuetudinis lege, quę eſt altera natura, & ex illo ac rationis iudicio originem ſuam apud illos traxit, atq; ut Auguſtinus ait, ad humanum ſenſum uel alliciendum uel offendendum plurimum ualet: apud

quæ talē colum prohitū, uocabant in ceſtū, quaſi extra ceſtum Veneris.

Omnes uirtutes, naturales ſunt ſecundum Damaſcenū in libro tertio.

Turpitudo honeſtati cōtraria eſt.

Prima homini cum deo, rationis ſocietas eſt. Cicero in li. primo.

eos

eos prohibita esse. Alioqui certe ab huiusmodi, nō abstinuissent illi, si per uerecundiam naturalem & rectam rationem siue legem naturę, quæ communiter omnibus hominibus inest, conscientiasq; suas & Ietser tof, non admoniti fuissent ut ea facinora minime perpetrarent. Nulliq; reuera mortales sunt hoc toto terrarū orbis spacio tam efferi, barbari ac duri, qui nullas omnino habent boni rectiq; notiones, & ad eadem ac honestū propensiones, quæ Augustinus extrema imaginis dei in nobis lineamenta uocat: etsi in nobis omnibus .i. concupiscentia, ad malum tantum, ualeat, ut naturæ legem de qua loquor, rectam scilicet rationē, absq; dei auxilio plene sequi minime queamus. Nec tamen ut tu uis, & per Solonem ac Lycurgum deceptus non recte sentis, obstat quo minus iure naturali prohibeantur nuptiæ in leuitico uetitæ tanquam nephariæ ac incestæ, quòd eas primus Athenienſium legislator Solon & Lycurgus lacedemoniorum (qui illis iura nō ex Iouis, quemadmodum falso scribit Agrippa, sed ex Apollinis autoritate confinxit secundum Diodorum Siculum, Isodorum, & Gratianum in decretis) suis legibus permiserint licitasq; declarauereint: cū illi mutuo sese in legibus uel potius constitutionibus illis peruersis meritoq; abolitis, & legi naturæ contrariis, quæ uel ob hoc, reuera non sunt leges neq; ita uocandæ, ininterimant: & alter alteri uel Philone in commentariis suis super leuiticum teste, palam aduersatur. Quod, & Romanorum mos (qui etsi suis cōiugū repudia, nūquā tamen illis permiserunt fraterna cōnubia) omnino arguunt

Finit hic argumentum primum.

Hic respondet obiectioni .R. Rof.

Roffensem deceperunt Solon & Lycurgꝰ, eiusq; obtaculum est inualidū.

Leges Solonis & Lycurgi quia naturę legi non sunt cōsonę, nec ab illa deriuantur, uocandę non sunt leges, sed abolendę.

guunt obſturatum fuiſſe inſi piēs eorū cor, offuſcatūq; lumen intellectus atq; iudicium rectæ rationis,& dicentes ſe ſapientes, ſtultos factos eſſe. Philonis uerba ita ſe habent.Deinceps Moyſi mandatum eſt neq; ſororem deſponderi ualde diligens & ad continentiam tendens ſimul & ornatum. Et quidem Athenienſis Solon natas eodem patre duci permiſit,eadem matre natas impediuit. At uero Lacedemoniorū legiſlator Lycurgus ecōuerſo ex eodem exiſtētibus utero nuptias permiſit, quę inter natos ex eodē interueniſſent patre inpediuit. Porro Egyptiorum ludibrium permittens omnes ſorores ducere, propriaſq; alterius parentis huius uel huius & ipſas quæ ex utriſq; ac non iuniores modo ſed & ſeniores & coetaneas.&c.Philon.Ex quo palā liquet, illos plane falſos ac deceptos eſſe,qui ex Abrami reſponſione ad Egyptios de Sarai colligūt Egyptiorum gentem a ſororiis ſiue fraternis coniugiis abſtinuiſſe,Egyptioſq; ipſos propter patriæ morem nō potuiſſe ſuſpicari ut Sarai eſſet & ſoror & coniunx Abrami,atq; ut una ac eadē mulier eſſe quiret ſoror pariter ac uxor alicuius. Hoc idem etiam ex ipſo ſacræ ſcripturę contextu palam liquet leuitici cap,xviii.&.xx.Vbi Moyſi deus prȩcepit ut filios Iſrael ita alloqueretur.Ego dominus deus ueſter:iuxta conſuetudinem terræ Egypti in qua habitaſtis non facietis:& iuxta morem regionis chanaan ad quam ego introducturus ſum uos, nō agetis, neq; in legitimis eorum ambulabitis.Ne faciatis de omnibus abominationibus his quibus pollutæ ſunt uniuerſæ gentes.&c. inter quas ibidem connumeratur & coitus cum ſorore

Vide Diodorum in libro i.de legum inſtitutorib⁹.

Geneſ.cap. 12.

Geneſis cap. 20.

fraternumq; coniugium. Abraham deniq; ipſe iuxta Origenem, Chryſoſtomum, Auguſtinum, ~~ac~~alios interpretes pleroſq; tam Syros, grecos & latinos quã hebrẽos, ac Arabes de Sara reuera nepte ſua, & ſorore atq; filia patris ſui ut in metaphorica ſua ſignificatione apud hebrẽos accipiuntur, ad Abimelech regem Ceraritarũ dixit. Vere (ſcilicet Sara, quæ, quicquid blateret Agrippa, recte a Hieronymo & hebrẽis alio nomine uocata eſt Ieſcha) ſoror mea eſt, filia patris mei & non filia matris meę. Quod ſhuhali quidam aliorum ſyntagmata legens, uerum ea nõn intelligens, ſermoniſq, ſui immemor & non aduertens, ſed nõ in hoc ſhuhali, dictum arbitratur exponitq; ſtulte una cũ Cornelio Agrippa, de ſorore, non ut ponitur pro nepte & cognata, ſed ut in propria natiuaq; ſignificatione accipitur, pro ſorore uidelicet germana. Atq; ex eo itaq; non recte etiam concludit ac elicit Egyptios & chananẽos ſorores proprias & germanas in coniuges non ſolere ſibi ſumere, quemadmodũ atq; falſo Cornelius Agrippa ex eodẽ, licitum fuiſſe concludit germanam ſororem in uxorẽ accipere ante legem ſcriptam, contraq; beatũ Auguſtinum in libro. xxii. aduerſus Fauſtum, cap. liii. Vbi hæc nobis ſcripta reliquit. Cum igitur abraham eo tempore uiueret, in rebus humanis quo quidem iam fratres ex utroq; aut ex altero uel altera parente natos necti coniugio non licebat. Hæc ille. Quo cum conſentit Alphonſus Thoſtatus epiſcopus Abulenſis Hiſpanus in commentariis ſuis ſuper Geneſim hæc ſcribens cap. xii. quæ ſequuntur. Si Sarai fuiſſet ſoror Abrahami ueriſſi

Hieronym⁹ in Ieſcha nõ erraut, ſed Cornelius Agrippa. uide Geneſ. cap. 11.

Soror, filia, & pater, in ſcriptura uarie accipiuntur.

me

me non accepiſſet eam in uxorem, nec fuiſſet ipſa, mater Meſſiæ & patriarcharum. Rurſus idem in capite Geneſ.xx.hæc etiam habet uerba. Abraham duxit Sarai conſanguineam ſuam, quia illo tempore bene licebat in omni gradu contrahere: præterquam ſoror cũ fratre ſuo ex patre uel matre. Hactenus Alphonſus. Cui, atq; Auguſtino ſuffragantur, etiam hebræi interpretes, Rabi, uidelicet, Moſes Gerundenſis, & .R. Salomon gallus, ordinarius apud eos bibliorum interpres, in cõmentariis ſuper cap. Geneſ.xx. ubi cum illis in hoc cõueniunt, quoad ſororẽ ex matre. Verum nũc ad te reuerende pater Fiſſheri Iohannes rurſũ reuertor. Quũ nõ obſtat quo minus naturæ iure prohibeantur nuptiæ in Leuitico uetitę quòd eas Solon & Lycurgus ſuis conſtitutionibus permiſerit, Multo minus profecto obſtat quo non ſint nuptiæ in Leuitico prohibitę, legi naturali, dictaminiq; ac iudicio rectę rationis repugnantes, quòd Marcus craſſus defuncti fratris uxorem duxerit, & dii ſorores ſuas, Saturnus uidelicet Opem, ac Iupiter Iunonem (qui ob hoc, & adulteria, cæteraq; facinora ab eis perpetrata, diaboli magis uocandi ueniunt) ſicut & M. Antoninus Heliogabulus, qui Caracallus etiã dictus eſt, nouercã ſuam Iuliam, Aut eas in uſu habuerint Egyptii, chananęi, id quod leuitici cap.xviii.& .xx. claret, Athenienſes, Lacedemonii, & Perſę, atq; aliquot etiam barbararum nationum aliarũ promiſcuum uulgus, neſcio quo affectu ceco & praua omnino opinione ducto ducti. Quum conſtat Perſas id quod cum naturę lege pugnat & pecora abhorrent in cõſuetudine celebri habuiſſe.

Roffenſem iterũ aggreditur.

Aliud Roffẽſis obſtaculũ inualidum.

Persarū mos qui proprias matres uiduas ducebāt, & non nouercas, quēadmodū non satis fideliter scribit Cornelius Agrippa.

habuisse. Proprias nanq; ut ait Philo platonici sermōis imitator, non nouercas, uti nō rectę scribit Agrippa, sed matres uiduas ducebant: quas non modo pleriq; omnes legumlatores ethnici, uerum etiam Moyses interdicunt. De Iulia Caracalli nouerca sic scribit Elius spartianus. Quæ cum esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetq; Antoninus, uellem si liceret, respondisse fertur, Si libet, licet, An nescis te imperatorem esse, & leges dare non accipere? Quo audito furor inconditus ad effectū criminis roboratus est, nuptiasq; eas celebrauit, quasi sciret se leges dare, cum uere solus prohibere deberet. Matrem enim, non alio dicenda erat nomine, duxit uxorem. Hæc ille. Sed & quod cū naturæ lege pugnare dixi Persarum consuetudinem, ratione hac ita quoq; se habere suadetur. Contra ius naturæ est absq; omni cōtrouersia quòd naturæ stimulus, siue īstinctus, aut inclinatio naturalis instituit fugere, Ab instinctu enim naturali, qui omnibus animalibus conuenit, communisq; est: ius naturale proficiscitur & emanat. Ergo quum natura docuit pecora, ueluti camelos, qui naturæ consiliario Aristotele teste, matres nunquā superueniunt suas, ac generosos equos equæ egregiæ Scytharum regis pullos, & Elephantes, atq; aliquot alia tā disciplinabilia quā indisciplinabilia animalia: & aues ac uolucres, uelut turtures & ciconias, hanc reuerentiam & hunc honorem genitoribus exhibere, ut a coitu materno abstineant: multo profecto magis mortales, qui ratione atq; intelligentia prediti sunt, & in quibus ęminet pleniusq; relucet

Ius naturale sequitur instinctum naturæ, atq; ab eo descēdit.

Cap. 47. libri 9. de Animalibus.

relucet iuxta uulgatum axioma ipſe naturæ ſenſus, atq; quo ad uirtutem quicquid perfectionis in cęteris animantibus cernitur, coitum huiuſcemodi abhorrere inſtituit, nedum cum nouerca & fratria congreſſum, qui cum eo quoq; in leuitico prohibitus connumeratur, & uel ob id, etiam Apoſtolo teſte, eiuſdem eſt iuris. Philonis uerba de Perſis qui contra humanæ naturæ uerecundiam & naturalem æquitatem, inſtinctumq; naturæ ex ratione prouenientem proprias matres matrimonio ſibi copulabant, hæc ſunt. Bene quidem & alia lex circa coniunctiones etiam illud ordinauit, mandat enim nō ab alienis modo abſtinere mulieribus, ſed a uiduis, cū quibus phas non eſt coire, a perſico more illicet auerſa, & eum habens odio, nec uolēs tollerare ceu facinus malum ac maximū, Nam proceres Perſarum ſuas ipſorū matres ducunt uxores & ex his natos, nobilſſimos opinantur, & maximo regno (ut eſt ſermo) dignos exiſtimant, quàm ea res quid nā fiat magis impium? Quòd ſcelus maius? Patris Thorum demortui, quem intactū uelut ſacrum, oportuit cuſtodiri, uituperaſſe ac maculaſſe? ſenium q; matris, pudorem non recepiſſe? Eundem igitur eiuſdem filium & maritum fieri, & nunc rurſus matrem eandem & uxorem, & amborum pueros patris quidem fratres, nepotes autem matris, & ipſam quidem eorum quos peperit matrem quoq; atq; Auiā, hunc uero eorum quos genuit in eodem patrem quoq; & uterinum fratrem. Hæc acta ſūt olim & Thebis apud Grecos in Lai filio œdipode, factumq; fuit per ignorantiam, non uoluntaria ſententia, & tamen malorum

Quicquid perfectionis eſt in imperfectiore, illud idem nō negabitur a perfectiore. imo multo plenius perfectiuſq; in perfectiore iuenitur, atq; in eo magis æminet ac relucet, uulgare axioma.

Phas nō eſt cū matribus uiduis coire.

uim tantam hæ nuptiæ attulerunt, ut nihil relinqueretur ad ſummam grauemq; infœlicitatem. Bellorum nanq; ciuilium & externorum ſucceſſiones uelut hereditas quędam & patribus & progenitoribus relictæ ſunt, infœlix ſpectaculum conſpicientibus. Atqui neq; Perſæ apud quos hæc exercitiis agitata ſũt, malis ſimilibus expertes fuere. Semper enim in expeditionibus & bellis ſunt occidentes & occiſi. &c. Hactenus Philo de Perſarum conſuetudine. Cuius etiam in Leuiticis quęſtionibus meminit Auguſtinus quũ dicit. Sicut fertur eſſe cõſuetudo Perſarum. Et Hieronymus in libro aduerſus Iouinianum ſecundo, ubi de aliquibus barbaris gentibus, in quibus concupiſcentię ardor rectę rationis iudicium & legis naturæ dictamen obnubilauit, hæc habet uerba. Perſæ, Medi, Indi, & Ethiopes, regna nõ modica, & Romano regno paria, cum matribus (non nouercis, ut ait Agrippa) & auiis, cum filiabus & neptibus copulantur. Peruides igitur, quòd non ſolum in eſu, ſed & in ſepulturis & in connubiis, & in omni conuerſatiõe unaquæq; gens ſuo ritu & proprietatibus uictitet: & hoc eam naturæ legem putare, quòd didicit. Rrurſus idem ibidem, Et quis ignorat, unamquamq; gentem non communi lege naturæ, ſed his, quorum apud ſe copia eſt ueſci ſolitam. Hæc ille. A quo etiam, in moralium pręceptorum reductione ad ſecundę tabulę duo mandata non diſcordantia ſcribit Philo. Quid plura? de huiuſmodi matrimonio Scotus in quarto ſententiarum libro diſt. xl. ita ſcribit. Primus gradus deſcendens & potiſſime matris ad filiũ maxime impedit matrimonium.

Queſtione.

Cornelius Agrippa nouercas addidit ad uerba Hieronymi.

monium. Hoc enim est contra legem naturæ etiam ut competit Brutis per propagationē. Quod uel ex hoc patet quòd equus qui cum genitrice coiuit se præcipitauit. &c. Hæc ille. Ecce iam clare, ut opinor, perspicis, Quòd ipse, iuris naturalis diffinitionem quandam beati Isodori in pontificum decretis a Gratiano positam sequens, uerum eam non recte intelligens (quæ ita se habet, Ius naturale est commune omnium nationum, eo quòd ubiq; instinctu naturæ non cōstitutione habetur aliqua: quòd iuxta Paulum Burgensem, uerum minus recte, ius gentium proprie appellatur) obiicis, Misceri, uidelicet, fratris uxori, & coitum coniugiūq; cum fratria, propterea non esse naturæ iure uetitū, quia gentes nonnullę eo, & aliis etiam coniugiis, congressibus, atq; coitibus lege leuitica illicitis & inhibitis usę sūt: ualde friuolum esse nulliusq; momenti. Sic enim pari ratione nec naturæ legi dictaminiq; rectę rationis naturalis, per te sententiamq; tuam, coitus cū propria matre repugnaret, quòd est stuprū prorsus contra naturā, ac omnino beluinū, imo plus quam belluinum. Quòd tamen falsissimum est, & contra illud Euangelii Geneseosq;, propter hoc scilicet relinquet homo patrem & matrem & adherebit uxori suę, eruntq; duo caro una. Quòd, prima matrimonii lex est, & ex dictamine ac iudicio rectę rationis naturalis omnino proficiscitur, atq; a filiorum coniugio ac coitu uel ob naturæ reuerentiam (quàm filiæ lot, quæ ab incestu nō excusantur, in concubitu cum patre neclepere) parētes excludit. Id quòd testantur etiam & uno ore cōstanter asserunt interpretes

In addītione prima super 19 Matthei caput.

Roffēsis obiectio.

VVakfeldi reiponsio.

Cap. 19. Matthei.

Genes. cap. 2.

terpretes omnes hebręi, greci, ac latini. Nunquàm enim huiuſmodi coitus ſiue coniugium fuit licitum, ſed ſemper deteſtabile atq; execrabile, quia illi ſemper reluctabatur rectæ rationis iudicium, quòd omnibus hominibus communiter inſitum eſt, inſtinctuſq;, ſiue ſtimulus, aut, ductus, inclinatioue naturalis ex ratione proueniens, quæ dicitur naturalis æquitas, & naturæ etiam lex ſiue ius naturale, ſolũ uere proprieq; uocatur: quicquid dicat Paulus burgenſis, legis ac iuris uocabulum, quòd ratione & cognitione tãtum præditus proprie conuenit, ad inclinationem & inſtinctum extendens, legemq; naturæatq; ius naturale ſecũdum Vlpianum ita definiens. Ius naturale proprie dicitur, quod omni animali couuenit, naturaq; omnia animalia docuit. Quem ob hãc legis naturæ diffinitionem, quæ in digeſti principio habetur, & ad legem naturæ animantium tantum ſpectat & non uniuerſalis rerum, cum in uniuerſum lex naturæ, ſiue, ius naturale, triplex ſit, ſi eius uocabulum iuxta iuriſperitos etiam ad bruta, & iuxta Apoſtolũ ad inſtinctũ extenderis, recte meritoq; taxat Matthias Doringus in correctione ſiue replica ſua ad additionem eius primã ſuper caput Euangelii Matthei. xix. Quin & illum ipſũ cum matre coitum fugere quoq; docuit beſtias ſiue pecora quedam & uolucres aliquot, ĩſtinctus ut ante dixi, ſiue, ſtimulus, aut ductus, inclinatioue naturæ ex ſenſualitate procedens, & hanc reuerentiam atq; hunc honorem pudibundum uerecundumq; genitoribus exhibere ut ab illorum coitu abſtineant atq; ipſum deteſtentur ac abhorreant: quemadmodum uidere licet in elephante

Coitus cum parentibus prohibetur per inſtinctũ naturæ ex ratione proue nientem.

Quid eſt ius ſiue lex naturæ, quæ uere & proprie lex naturæ dicitur.

Lex naturæ in uniuerſũ triplex eſt, uniuerſalis rerum, hominum, & Animantiũ.

Inſtinct⁹ ſiue ſtimulus naturæ duplex eſt: ex ratiõe proueniens & ex ſenſualitate.

phante qui cuſtodem interfecit, de quo plura ſcribit Lyranus Sanctum Tomam Aquinatem ſequens, qui animalibus quibuſdam ineſſe aſſerit naturalem reuerentiã erga genitores, tametſi, id quòd res eſt, fatear poſteriore hoc naturæ inſtinctu qui nobis cum beluis & pecoribus communis eſt, coitum cum matre aut patre etiam inter mortales omnes nedum uniuerſa bruta animãtia, generaliter ac prorſus prohibitum nõ eſſe (quòd ut aduertas ipſe, uelim, ne me mei ſermonis, ſuperioriſq; argumenti immemorem eſſe dicas) ſicut neq; eo coitũ omnino cum patris pellice, ſiue, concubina, quo uſi ſũt Abſhalom, ſiue, Vt nos græcos ſequentes corrupte dicimus ſcribimuſq; per N, literã, Abſalon, & Ruuuen, uel Ruben, qui patrum ſuorum cubilia aſcenderunt illorumq; ſtrata macularunt: autcum nouerca, quem in Corintho quodam ueluti pecuinum ſiue belluinum, atq; contra reuerentiam patri etiam ex iure naturali debitam Apoſtolus deteſtatur, quod nec ſuo ſeculo apud gentes licitus eſſet, & leuitica lege diuina, moraliq;, una cum congreſſu cum matre ac aliis connumeratus, ibi quoq;, atq; deuteronomii cap. xxvii. non naturæ iure tantũ, prohibeatur, maledicatur, atq; mortis pœna mulctetur. Coitus itaq; etſi ſit ex inſtinctu naturæ bonus, & a deo mandatus, atq; proinde non de ſe malus: non tñ in mortalibus generaliter eſt ex iure & lege naturæ, ſi enim ita ſe ſe haberet, omnis eſſet iuſtus, moderatus, ac ordinatus, & non inordinatus quandoq; nec immoderatus, eiuſq; abuſum minime prohiberet matrimonii lex, & tunc non eſſent adulteria, ſtupra, cæteraq; huiuſmodi

In commentarijs ſuper quintum caput epiſtole ad Corinthios primæ & .19. cap. Matthei.

Coitus cum parentibus non prorſus prohibetur inter mortales omnes & bruta uniuerſa per inſtinctum naturæ ex ſenſualitate procedentem.

Coit⁹ ex inſtinctu nature bonus eſt, & a deo mãdatus. Dorin gus. Matrimonium nõ iuſtificat coitum, ſed eius abuſum prohibet.

modi mala, quòd Encratitarum error est, qui nihil inter esse putabant inter coitum coniugatorum & aliam quāuis libidinis speciem. In brutis insuper, prorsus non est secundum ius naturale, sed secundum instinctum naturæ. Aliud enim ē dicere de iure naturali & de instinctu naturali uel coitum esse uel quippiam aliud: quia se habent teste etiam Doringo, sicut inferius & superius. Nam omne ius naturale est instinctus naturalis, sed nō cōtra: Alioqui enim extenderetur ius naturale nō solū ad irrationalia sed etiam ad insensibilia, quia instinctus naturalis ab appetitu naturali non uidetur distingi. At iā ne paulo prolixior sim quàm æquum est, negociiq; necessitas & institutum expostulant: huic primę rationi finem imponam, si tamen primum de nomine, ui, atq; natura legis quæ secūdum Tullium in libro de legibus primo, iuris est regula, nonnihil dixero, atq; quid sibi uult naturæ lex quæ aliarum omnium fons est, ac princeps iure dicitur, apud probatos autores retulero. Certe iuxta Ciceronem in libro de legibus primo, Lex, a qua ius proficiscitur, ortum q; suum habet, a deligendo, siue delectu appellata est, ut græcis apotou nemein onomos, quòd suum cuiq; tribuat, est nominatus. Et est ratio summa insita in natura quæ iubet ea quæ eligenda faciendaq; sunt, & prohibet cōtraria. Siue autem æquitatis, siue delectus uim in lege ponimus, & proprium tamen utrunq; legis est, mortalibus solum lex conuenit qui secūdum proęresin & electionē quæ deordinari possūt, agūt: & nō brutis, quæ agūt secundum impetum naturæ quæ nec laudē nec uituperium ponit, atq; proinde eorū usus

Institutus naturalis iure naturæ generalior ē eoq; cōmunior: ōnib⁹ enim animalibus conuenit, cōmuniscq; est, sed non ita naturæ ius, quod mortalibus solū proprie conuenit, secundū Doringū, Gratianum, & beatū Isodorum.

Quid ē lex?

Ius a lege ordium suū ducit, lexq; eius & miuria regula ē.

uſus in actibus ſuis eſſe nequit inordinatus. Hoc idem de iure etiam generaliſſime accepto, quòd ſcilicet ipſū ad mortales ſolum attinet, Gratianus quoq;, quē Doringus ſequitur, probat beati Iſodori autoritate, Ius inquiens, generale nomen eſt, lex autē iuris eſt ſpecies. Ius autem dictum quia iuſtū eſt. Omne autem ius legibus & moribus conſtat. Iuſtum, uero iuſtitiaq; ad mortales & rationis, cognitionisq; participes ſolum pertinent. Atq; hæc de nomine, ui, & natura legis, non popularis, quæ ſcripto ſancit quòd uult, aut iubendo, aut uetando, ut eam uulgus appellat: quæ perſępe lex reuera non eſt, Nam ut Auguſtinus de libero arbitrio inquit, lex non eſt, quæ iuſta non eſt: ſed ut eam uiri doctiſſimi definiunt. Naturæ uero lex, qua prȩcipi uetariq; eadem, quæ diuina creditur, & cui iuxta uulgatum axioma quicquid aduerſatur per ſe malum eſt nec ab ulla poteſt poteſtate indulgeri iuxta Gratianum in decretis, in lege & euangelio continetur, interq; omnes leges primatū obtinet tempore & dignitate: cȩpit enim ab exordio rationalis creaturæ, nam nec uariatur tempore ſed immutabilis ſemper immobiliſq; in ſe atq; quoad ſui eſſentiam permanet etſi circa uarios ac contrarios quandoq; uerſetur effectus. Naturæ, inquàm, lex ut eam in homilia ſuper Geneſim. xvii. doctiſſimus definit Origenes, lex quędā intra nos eſt quæ arguit unumquēq; peccantem, & malum ei eſſe ſuggerit quòd delinquit. Idem in commentariis ſuis ſuper epiſtolam ad Romanos ſic etiam de ea ſcribit. Naturalis uero lex quæ cōmuniter omnibus hominibus ineſt. Et Paulo poſt, Si quis in tantum omnes

2. etiōlogiarum. libro.

Quid eſt lex populariter accepta?

Quid eſt lex naturæ?

in ſcripturis nominatas leges refugerit, ut etiam naturalis illa lex, quæ nulli fere defert, uel per duritiam, uel per craſſitudinem cordis obliterata in eo uideatur & abolita. &c. Hæc ille. Hieronymus uero eam in commentariis ſuis ſuper Ezechielem eſſe ſcriptam aſſerit gratiam q; Euãgelii deſcriptam ſub numero duo de uigeſimo & i pſalmo. xviii. ubi & pſalmo. xix. iuxta eundem in commentariis ſuis ſuper Amos caput ſecundũ, differentia etiam aſſignatur inter legem, precepta, iudicia, teſtimonia, & mandata. Idem inſuper ad Demetriadem de uirginitate ſic quoq; eam deſcribit. Eſt in animis noſtris naturalis quædam (ut ita dixerim) ſanctitas, quæ uelut in arce animi preſidens, exercet mali boniq; iudiciũ. Et ut honeſtis rectiſq; actibus fauet: ita ſiniſtra opera condemnat, atq; ad conſcientiæ teſtimonium diuerſas partes domeſtica quadam lege diiudicat. Nec ullo prorſus ingenio, aut fucato aliquo argumentorũ colore decipit: ipſis nos cogitationibus fideliſſimis & integerrimis ſane teſtibus, aut arguit, aut defẽdit. Huius legis, qua uſi ſunt omnes quos inter Adam atq; Moyſem ſancte uixiſſe atq; placuiſſe deo ſcriptura commemorat, ſcribens ad Romanos, meminit Apoſtolus: quam omnibus hominibus inſitam, uelut in quibuſdã tabulis cordis ſcriptam eſſe teſtatur. Hæc ille ibidem. Qui in commentariis ſuper. xxi. caput Matthei legem naturalem uocat uineam dei: & naturalem intelligentiã, legemq; in corde perſcriptam quæ omnibus hominibus inſita eſt ſuper. ii. Malachie caput, atq; de ea ita etiã in commentariis ſuis ſuper Iſaiam ſcribit. Vniuerſæ gẽ-

Cap. ultimo ad extremũ prope.

Lex naturalis ab Adam uſq; ad Moyſen.

tes

tes totuſq; orbis naturalem accepit legem: & iccirco poſtea lex data eſt per Moyſem, quia prima diſſipata eſt. Qui igitur has leges obſeruauerint, pręmia conſequentur: qui autem neglexerint eas, ſuſtinebunt quæ Iſaie ſermo cōminatur capite .xxiiii. prophetię eiuſdē, Hactenus Hieronymus. Auguſtinus ita, lex naturæ, eſt quędam diuine mentis irradiatio, mentibus hominum tranſfuſa. Hæc ille. Ariſtoteles autem in libro politicorum primo, ita eam definit. Ius naturale eſt quòd ubiq; eandem habet uim, non quia ſic uideatur, uel nō. Idem libro Ethicorum quito ſic. Ius naturale eſt quòd apud omnes habet eandem poteſtatem. Cicero in fine Rhetoricæ ſuæ ſic. Ius naturale eſt quod non opinio ſed quędam innata uis inſeruit, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiā, ueritatem. Idem in libro de legibus primo. Lex naturæ eſt recta ratio in iubendo & uetando. Rurſus ibidem. Eſt enim unū ius quo deuincta eſt hominū ſocietas & quod lex cōſtituit una, quæ lex eſt recta ratio imperandi atq; prohibendi, quam qui ignorat, is eſt iniuſtus: ſiue eſt illa ſcripta uſpiā ſiue nuſquam. Idem iterum in libro de legibus ſecūdo. Lex ſempiterna, eſt ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delicto auocans, quæ non tum demum incepit lex eſſe quum ſcripta eſt, ſed tunc cum orta eſt. &c. Cicero. Iuxta cuius deſcriptionē, ut iam uides, Naturæ lex aliud nihil eſt quàm energia quędam & uis nobis naturaliter inſita ac impreſſa. Durandus uero de ſancto Portiano ſic. Eſt autem ius naturale inſtinctus rationis naturalis quo dirigitur homo

Lex ſempiterna, ſeu, ce leſtis.

ad operandum conuenienter prout congruit fini operis qui est principium in agēdis. Hæc ille in.iiii.dist.xxxiii. Alexander autem de Ales in tertia parte summæ suæ, questione.xxvii.articulo tertio, ad extemum prope,ita eam definit. Lex naturalis est indita regula facultatis faciendorum cum directione rationis & instinctu uoluntatis. Ibidem etiam inter eam, & conscientiam, de qua, Origenem uide in commentariis suis super epistolam ad Romanos, atq; syntheresin facit differentiam, quę tamen iuxta eum conueniunt in eo quod est regulare. Rursus ibidem asserit naturale ius, triplex esse, Natiuū, humanum, diuinum. Idem in tertia parte summę suæ, quest.xxxv.sic etiam de ea scribit. Lex naturalis duplex est, a natura generis sicut dicit Isodorus, Naturale est quod natura docuit omnia animalia & a natura speciei scilicet rationabilis,quæ est dictamen rationis, & in natura sana ac bene instituta, omnia dictat esse communia:non tamen iam in natura post lapsum & destituta per peccatum. Plura lector candide de iure & lege naturæ si cupis uidere, scribit ibidē ipse, & sanctus To de Aquino in priori partitione secūdę partis quæstionū theologicarum. Atq; Scotus de eadem,primarie & secundario, seu stricte ac large accepta, in.iiii.dist.xvii. & xxi.quest.ii.&.xxvi.quest.i.&.xxxiii. in quest.de bigamia. Vbi hoc etiam ipse nobis scriptum reliquit. Circa legem naturæ primo modo dictam,nulla cadit dispensatio, sed circa secundam cadit dispensatio. Hæc ille. Quocum in hoc consentit etiam præter Bernardum in tractatu de præcepto & dispensatione, Alexander de Ales in.iiii.quest.de repudio, ita ibidē scribens. Quod

Cap.2. libri 2,

Quest.94. questiuncula 2.&3.

Large dicitur aliquid esse de lege naturæ quãdo recta ratio illud suã-

est

eſt contra ius naturale nō poteſt fieri licite, nec recipit diſpenſationem, ſaltem per hominem, etiam ſi naturæ lex non ſtrictè ſed large capiatur: uide Lyranum in cōmentariis ſuis ſuper .xxiiii. deutero. caput in expoſitione præcepti. Non occides. Et in commentariis ſuis ſuper pſalmum .xviii. & .xx. Exodi caput, ubi & hoc nobis ſcriptum reliquit. Decem mandata decalogi ſunt quaſi quędam concluſiones immediate elicitę ex iure naturę.

det, & eius oppoſitum, multiplex diſ nū infert po litiæ bene in ſtitutæ.

Prȩceptum, Nō occides, ſcilicet inno centem, eſt īdiſpēſabile, ſaltem per hominē, ſed non per deū. Lyra.

SECVNDA RATIO SOLIDA, FIRMA & irreuincibilis, qua, ex ui uerbi Moyſaici Nidda, eiuſq; natiua ac genuina ſignificatione (quā Autor īter latinos primus expreſſit) plane conuincitur matrimoniū cum fratris uxore, iure naturæ uetitum eſſe.

CONGRESSVM cum muliere naturaliter polluta, menſtruumq; profluuium patiente, quæ ut in commentariis ſuis ſuper Leuiticū ait Philo platonici ſermonis imitator, hebræorumq; diſertiſſimus, propter legis naturæ ueneration em, atq; ſui immunditiam & damnum prolis a uiro nedum a templo remouetur (Id quod teſtatur etiā Auguſtinus, a quo non diſcordant Lyranus ac gloſæ quoq; ordinarię Autor, qui ex huiuſmodi, ſcribūt cōcipi membris damnatos, cecos, claudos, leproſos) inficiari nequis iure naturæ, nedū ſemel ab Ezechiele (cap. xviii. prophetiæ, eiuſdem, Vbi ad menſtruatā accedere interdicitur)

S

Leuitici 18. in cōmētarijs.

Ad mulierē quæ patitur menstrua nō accedes, ne reueles turpitudinē fœditatēq; eius cur a Moyse tribus in locis repetitur, terq; prolubetur.

interdicitur) terq; a Moyse (Leuitici uidelicet cap.xv. xviii.&.xx. Ne ignominia siue despectio, turpitudo & fœditas eius reueletur ac denudatur) prohibitum esse: tanquam coitum incongruum, indecentem, inhonestū, fœdum, abominandum, & legi naturæ contrariū, uel ut Isychius ait, tanquam turpem commixtionem bestialemq;, & Iosephus græcus liuius libidinem nequissimā, atq; ob id mortis supplicio, uti leuitici cap.xx. claret, per iustum dei iudicium, mulctatū, ubi etiam & cap.xviii. eiusdē, a deo Toheua, id est, execratio & ipsa abominatio uocatur. Ergo & uxori fratris affiniq; Ieuamę, quæ per seminum cōmixtionem unum cum eo corpus unaq; caro facta est, misceri, quod, uel Moyse legislatore teste, huic haud dissimile est & equę in natura inuerecundum, inmundum, inhonestum, turpe ac abhominabile: naturali similiter iure rectaq; ratione, nedum diuino morali uetitū est. Moyses enim dei uir eiusq; spiritu plenus, quum leuitici cap.xx. in lingua sua dicit nidda hi: illam comparat ac affinē Ieuamam assimilat (testibus Aben hezra Chizkuni, Rabi, .Salomone, Rabinis, atq; aliis interpretibus hebręis nō paucis) mulieri menstruum sustinenti fluxum, &, menstruatę fontem sanguinis sui detegenti: ad quàm non accedere etiam iuxta Ezechielem prophetam, iustitię meritum uel Augustino ī questionibus leuiticis ītērprete, reputatur esse: iubetq; eam a tali separandam atq; elongandam esse (id quod & Onkelus syrus ac proselitus in Targo, hoc est, Paraphrasi sua chaldaica testatur perq; merachaka hi, innuit, id est, elonganda

Qui adheret meretrici, unū corpus cum ea efficitur, epistolæ ad Corintheos. primę cap.6.

?

In commentarijs super 20. leuitici caput.

Cap.18.

Leuitici cap. 5.

est

eſt, ſcilicet fratria) perinde ac a quolibet pollutã menſtruis quæ propterea, morte mulctatur quia fontem, & fluxũ, ſeu uenam atq; immunditiam ſanguinis ſui diſcooperuit ac detexit, ſi uiro ſe ſuppoſuerit ut cũ ea rem ipſe habeat. Quoniam cum ea coiens ſeſeq; fraterni ſeminis commixtione Iauamus, ſeu, ſinateres, aut, leuir, commaculans, contra honeſtatem, & dictamen ac iudicium rectæ rationis, naturęq; humane inſtinctũ, uerecundiam, pudorem, pudicitiamq; naturalem quę ſingularum uirtutum comes eſt, actum ac facinus turpe perpetraret, uel iuxta .lxx. ſeniores, tin Akatharſian, id eſt, immunditiam & impuritatem ipſam ac fœditatem, atq; ut Auguſtini ac Aquinatis uerbis utar, manifeſtũ, non figuratum committeret piaculum, & mortale peccatum: remq; fœdam ac abhominabilẽ, & in fratrem impiam, irreuerentem, ac ingratam, ſibiq; indignã face ret, atq; iure diuino morali quòd & iuris naturalis uim obtinet, illicitam ac inhibitam. Ecce iam clare perſpicitis quòd ob legis naturæ tranſgreſſionem & non abſq; cauſa graui iuſtus ac miſericors deus congreſſũ ſeu coitum cum affine Ieuama & uxore fratris de quo Iſychius ita ſcribit, Eſt enim reuera incongruum, & iumentorum uitæ proximum, uxoribus fratrum, & cognatorum uicinorum uidelicet commiſceri. Ipſe etiam altiſſimus eũ leuitici cap. xx. tin Akatharſian, iuxta .lxx. interpretes uocat, & abominationẽ, iuxta alios hebrços, atq; ipſum ſacre ſcripturę contextum. Ecce, inquàm, nõ ſine cauſa graui iuſtus deus coniugium ac coitum cum fratria in chananeis ac cæteris gentibus Geneſ. cap. xv.

Iauam, id eſt leuir, uel, frater mariti, & grece ſinateres, ſynonima enim ſũt trium linguarum.

Ieuama, uel, Iauama, id eſt, ſororia, uxor fratris, uel uxor fratris, mariti.

expreſſis, tanquàm immundã, turpem, abominandam, ac beſtialẽ commixtionem & libidinẽ nequiſſimam dã nauit ac prohibuit: neq; immerito ĩ chananęis illis & uniuerſis allophylis ac ethnicis, quibuſcum ipſe in hoc, & coniugum repudio, non diſpenſauit, ſicut cum Iudęis (ut eorũ memoria apud poſteros hereditaſq; in familia permanerent, atq; ita per uicariam fratrum ſuperſtitum operã legis maledictionẽ euaderent) Moyſes, qui nulla neceſſitate coacti, pietateue erga pręmortuos fratres moti, ſed libidine, concupiſcentięq; ardore, & innaturali quadam licentia ducti atq; excecati, ut priuatis affectibus ſuis pecuinis ſatiſfacerent, hoc horrendum facinus contra pudorem naturalem auſi ſunt perpetrare: præter ſterilitatem uel liberorum maſculorum orbitatem & patrię expulſionem, etiam mortis ſupplicio illud mulctauit, atq; in eos grauius animaduertit.

Moyſes cũ Iudeis diſpẽſauit ut fratrum ſuorũ uxores ducerẽt. deutero. cap. 25.

TERTIA RATIO SOLIDA, FIRMA, & irreuincibilis, qua, ex diuina aſſimilatione VXoris fratris ad menſtruatam, omnino conuincitur coniugium cum uxore fratris iure naturæ prohibitum eſſe.

9

Autor hic moralia ĩ ſe, ſiue, naturę, alia facit a moralibus diſciplinæ p̃ceptis, inter quæ connumeratur. Coram cano capite cõſurge.

OMnia in ſe moralia pręcepta diuina, de iure & lege naturæ ſimpliciter preciſeq; ſunt, uel illi ad minus ualde uicina atq; propinqua. Hoc pręter ſummorum pontificum geſta, quæ hoc idem non ſemel teſtantur, confirmant eruditi quoq; theologi omnes: qui ea etiam aliquo modo una

cum

cum diuo Augustino in præceptis dilectionis contineri comprehendiq;,& ex decalogi mandatis necessario deduci atq; emanare asserunt. Bernhardus insuper Decalogi mandata & ea in tractatu siue libello suo, de præcepto & dispensatione, necessaria inuiolabilia uocat atq; ideo per hominem indispensabilia. Papa nanq; naturali iuri subiectus est & in naturæ legem nihil potest, neq; in ea aut cum ea dispensare, eamue tollere uel mutare. At quo ad damnum prolis, præceptum de uitanda muliere profluuium siue fluxum menstruum patiente, cui, Leuitici cap.xx. vxor fratris, seu fratrissa, comparatur (id quòd in precedenti argumento ex ipsa moyseos sacra scriptura hebraica clarissime ostendi) iuxta .S. Tomam Aquinatem, obligat nunc in noua lege, quo cum in hoc subtilis Scotus siue Duns, Beatus Augustinus, Isychius hierosolymorũ presbyter, & doctissimus Origenes, cuius compilator fuit diuus Hieronymus cõsentiunt, & iuxta eum, Bonauenturam, Petrum de Paludo in.iiii.dist.xxxii. Hugonem atq; Scotum, morale mandatum est mortaliterq; peccat qui illud transgreditur, tametsi secundum eum, ceremoniale siue iudiciale sit quo ad ĩmunditiam eius, & ad populum hebręum solum pertinens: præcipue si fluxus ille innaturalis, diuturnus, & continuus sit, ex infirmitateq; aliqua proueniat, Ergo & præceptum de affine Ieuama (id est fratris uxore, siue, fratria, uel, glore, seu, sororia) non ducenda, iuris similiter est ac legis naturæ, moraleq; mãdatũ, si, uidelicet, a præmortuo fratre fuerit accepta, carnaliterq; ab eo cognita. Ipsa nanq; quo ad prohibitionem,

Papa nõ est supra legem naturæ.

Preceptum de uitanda menstruata, non est tota liter ueq; pure morale, sed partim iudiciale & partim morale, secundũ Aquinatem in.4.dist. 32.quest.1.

Preceptũ de nõ ducenda fratris uxore quæ mẽstruate, a uiro nõ ob sui immunditiã tantum, sed

& propter prolis damnū ſeparatę, cōparatur: morale eſt deq; iure ac lege naturæ, ſi a fratre p̄mortuo carnaliter cognita fuerit,

omnino per Moyſen legiſlatorem uel potius deum, cuius ipſe ut legiſlator, præco fuit, menſtruatę illi, teſte R. Salomone, aſſimilatur quæ fontem & fluxum atq; immunditiam ſanguinis ſui nudauit ac aperuit, & propter naturalem indecentiam, turpitudiniſq; illius reuelationem, atq; damnum prolis a uiro remouetur atq; ſeparatur: qua cum coire, beſtiale profecto prorſus eſt ac horrendum, morteq; leuitici cap.xx. mulctatur.

QVARTA RATIO SOLIDA, FIRMA, & irreuincibilis, qua, ex diuina ultione in chananęos eorumq; punitione, connubium cum fratria, ſeu, fratris uxore, lege naturæ prorſus uetitum eſſe monſtratur.

10 Leuitici cap. 20.

Sunt in Moyſaica lege quædam abhominationes qnæ morte puniūtur, & quædam quæ non,

Nolite ambulare in legitimis nationum quas ipſe expulſurus ſum ante nos. Leuitici cap.20.

DEum pium & miſericordem iuſtumq; iudicem, qui Iſraelicum populum ſanctificauit, & a cęteris populis ſeparauit, mundumq; ab immunditiis, ſordibus, turpitudinibus, & abominationibus precipue quæ per legem ſuam morte mulctantur, eſſe uoluit atq; ſanctum, Neminē iniuſte punire, mihi opinor conſtetis. Ergo ob legis alicuius tranſgreſſionem & aliquid quòd uitium erat ſuapte natura ac malitiam quandam in ſe continebat auertentem homines a deo, qui Iſraelitis præcepit ne in nationum chukkoth (id eſt, conſuetis. legitimis, conſtitutionibus, ſtatutis, uel cerimoniis) ambularent, uel aliquā prauam iniuſtitiam, innaturaleue ſcelus, in chananeos ac cæteras gentes geneſ.cap.xv. & leuitici, cap.xx. atq; deutero.

deutero.cap.vii.nominatas, adeo acriter animaduertit. Legem autem præter eam quæ in corde perſcripta eſt & mentibus hominum ab ipſo deo inſita fuit, quam q; natura ipſa docuit, quod ius naturale uocant, atq; ęque ligat ac ipſa quæ mẽbranis tradita eſt, chananæi, reliquæq; gentes quas terra ob earum ſcelera euomuit, tunc temporis habuere nullam: Igitur lex illa leuitici de nõ ducenda affine Ieuama & fratris uxore, quæ a Gregorio & uulgari appellatione linguaq; latina, uocatur cognata, iuris eſt naturæ, quemadmodum ac alia reliquaq; præcepta ſiue prohibitiones cæteræ, cap.xviii.&.xx.eiuſdẽ conſcriptæ, de non cognoſcenda carnaliter atq; ita ex conſequente, non ducenda, matre, nouerca, ſocru, filia, nepte, uxore auunculi, & cęteris mulieribus ibi ſpecialiter expreſſe q;, uel tacite ac implicite prohibitis. Aliqui enim, ſi contra Ietſer tof, ac conſcientiam Vt Apoſtoli uerbo utar, atq; naturalem honeſtatem, ut ſanctus ſcribit Bonauentura, id uilis flagitii, eaue turpia facinora ibidem conſcripta, non feciſſent: nullaq; in eo inhoneſto perpetrando ſyntripſi quæ uulgo inepte uocatur ſyndereſis, fuiſſent correpti, atq;, ut Cicero in libro de legibus ſecundo præclare & orthodoxe diſſerit, ſi mortalibus ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delicto atq; inhoneſto auocans, non eſſet: propter eius & reliquarum prohibitionũ præceptorum q; leuitici atq; deuteronomii cap.xviii. cõtentorum tranſgreſſionem: iniuſte profecto contraq; omnem æquitatem deus chananæos cæteroſq; Geneſ. cap.xv.& deuteron.cap.vii. conſcriptos populos, qui

Si cũ quapiam coire non licet, a fortiore, eam ducere illicitũ eſt.

Omnia enim hæc fecerũt gẽtes, & abominatus ſum eas, Leuitici cap. 20. õnes enĩ execratiões iſtas fecerũt accolæ terre qui fuerunt ante uos, leuitici.cap.18. Nec inueniatur in te qui luſtret filium &c.aut obſeruet ſõnia atq; auguria &c. omnia enim hæc abominatur dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu uo. deuteron. cap. 18.

pręcepta & monita naturalis legis quæ in nobis eſt pręuaricati ſũt, atq; execrationes & abhominationes omnes deuteronomii & leuitici cap. xviii. cõſcriptas, fecerunt, odio proſequutus fuiſſet, pœnaq; adeo graui & acerba, mortis ſcilicet ſupplicio mulctaſſet. finit argumentum. Ciceronis uerba ita ſe habent. Nec quia nuſquàm erat ſcriptum, ut contra omnes hoſtiũ copias in ponte unus aſſiſteret, a tergoq; pontem interſcindi iuberet, iccirco minus Coclitem illum rem geſſiſſe tãtę fortitudinis lege atq; imperio putabimus. Nec ſi regnãte Tarquinio nulla erat Romę ſcripta lex de ſtupris, iccirco non contra illam legem ſempiternam (ac celeſtem) Sextus Tarquinius uim Lucretiæ Tricipitini filie attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciẽdum impellens, & a delicto auocans, quę non tum demum incipit lex eſſe ſcripta, ſed tum quum orta eſt. Orta eſt autem ſimul cum mente diuina: quamobrem lex uera atq; princeps apta ad iubendum & ad uetandum, ratio eſt recta ſummi Iouis, ex qua, illa lex quam dii humano generi dederunt, recte eſt laudata. Hactenus Cicero. Quem in cap. xxvii. & .xxx. libri. xx. contra Fauſtum, Auguſtinus in definitione legis æternæ & naturæ ſequitur. Diuina, inquiens, atq; æterna lex eſt ratio diuina uel uoluntas dei creaturarum omnium conditoris, ordinẽ naturalẽ, & naturæ legem conſeruari iubens, perturbari uetans.

E lege ſẽpiterna ſeu celeſti naturæ lex emanauit.

QVINTA RATIO SOLIDA, FIRMA, & irreuincibilis, qua per Apostolum, & species syngeneas seu cõgeneas ac cognatas generalis prę cepti leuitici, Omnis, scilicet, homo ad proximã sanguinis sui nõ accedat, probatur coniugium cum fratria, naturæ iure inhibitum illicitum q; esse.

APostolus coitum & coniugium cũ nouerca ut a deo maledictum (Maledictus qui dormit, uel, ut in hebræo rectius habetur, iacet, id est, concũbit & coit, cum uxore patris sui & reuelat operimentum lectuli eius. Deuteron. cap. xxvii. Non accipiet, id est, ducet, homo uxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius. Deuteron. cap. xxii) mortis q; pœna mulctatũ, sicut & Moyses deuteronomii cap. xxvii. cum Chothoneth, id est, socru, ac iumẽto: interdicit detestatur q; epistolæ, ad Corinthios primæ, cap. quinto, quòd sit leuitica lege morali naturæ prohibitus (Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, uel cum nuru sua, morte moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos, uel, ut Origenes. lxx. iterpretes sequens, habet, Rei enim sunt. Leuitici cap. xx.) atq; in dei iniuriã, eius q; nominis pollutionem, & patris dedecus, turpitudinem, ac ignominiam tendens: id quòd uel ex secundo Amos capite liquet. Vbi ita scribitur. Pater & filius ad unam ingressi sunt puellam, ut polluerent nomen sanctũ meum, uel ut habẽt. lxx. interpretes, ut contaminarent, seu uiolarẽt nomen

Coitus cum nouerca naturæ lege interdicitur, uergitq; in patris ignominiam. Vide Lyranũ. cap. 22. deuteronomii.

Per uerbum shachaf iacuit. i. concubuit, significatur coit⁹ deuteron. cap. 27. & p Lakach accepit. i. duxit. matrimonium. eiusdẽ cap. 22.

nomen dei ſui. Atq; xvi. ſecundi regum libri capite, ubi nobis ſcriptum relinquitur, quod Abſalon fœdauit patrem ſuum Dauid regem, quia ingreſſus eſt ad concubinas eius. Ergo pari ratione & congreſſus cum affine ieuama, & fratria, ſeu, Sororia, atq; uxore fratris, qui una cum eo, atq; cum concubitu cum maſculo (quòd, peccatum ſodomiticum & toheua, id eſt, abhominatio dicitur, ac omnino contra naturam eſt, atq; per Paulũ etiam expreſſe prohibitum) ibidem cõnumeratur atq; uetatur, & uel ob id, ad idem præcepti genus pertinet atq; eiuſdem iuris eſt, ac ęquo pariq; iure prohibetur, tametſi non tantæ turpitudinis neq; indecentię ſit, neq; adeo paternæ dignitari iniurietur, per eundem illicitus, inhibituſq; eſt. Omnes enim prohibitiones leuiticę de non ducendis affinibus, neceſſariis, & ſanguine coniunctis ac cognatis uicinis, carnis unitatem, quæ (quicquid ſcribat Agrippa etiam contra ſe & cauſſam quàm tutari molitur, Vtpote qui erronee omnino coniuges unam carnem, animorũ conſenſu nõ coitu fieri aſſerit) copulæ carnalis proles eſt, & ex carnis commercio ſeminumq; commixtione tantum naſcitur, habent pro ſuæ rationis fundamentò: ſpecieſq; ſunt congeneę, cognatæ, ac particulares cuiuſdam propinqui generis, atq; præcepta ſpecialia huius in leuitico generalis præcepti & iuxta concilium Toletanum ſecundum etiam moralis, Nempe, Nemo ad aliquem aut aliquàm carne ſeu ſanguine ſibi coniunctam accedat, ne reuelet eius turpitudinem. Vel iuxta noſtram tranſlationem, Omnis homo ad proximã ſanguinis ſui non accedat. Prę-

Errat turpiter ac fœde Corneli⁹ Agrippa in carnis unitate, quæ õnino ex ſęminum cõmixtione dũtaxat naſcitur & non ex animorũ conſenſu. uide Apoſtolum.

Toletanum cõciliũ cap. 5

cepta

cepta, ĩquàm, ſpecialia huius generalis mãdati moralis, quæ indubie magnã inter ſe cognationem habent, gniſiam q;, germanam & genuinam connectionem, conuenientiam, atq; colligantiã. Quòd quidem uel per hoc probatur, quòd qui in uno contaminatus fuerit, culpabilis, aut offendens, omnium reus uidetur eſſe & in omnibus offendit: id quòd Autor quoq; Gloſę (quã uocant) ordinariæ in interpretatione ſua ſuper illo. cap. xviii. Leuitici. Nec, ſcilicet, polluamini in omnibus abominationibus his quibus contaminatæ ſunt gentes uniuerſæ quas ego eiiciam ante conſpectum ueſtrũ. &c. uerum eſſe aſſerit his uerbis. Quanta pollutio ſit in prędictis, pœna pollutorum oſtendit. Nec incaute prætereundum: quia ea quæ inuicem ſibi coniuncta ſunt, in unum colligit: ut oſtendat, quia qui in uno pollutus fuerit, in omnibus offendit. Hæc ille. Quo cũ in cõmentariis ſuis ſuper Leuiticum conſentit etiã Iſychius hæc quæ iam ſubiungo, nobis ibidem ſcripta relinquẽs. Nam, uidelicet, qui in uno illorum pollutus fuerit, in omnibus polluitur. Quia ea quæ ſibi adinuicem cõiuncta ſunt, lex oſtendere cupiens, in unum omnia collegit, quæ in tantum ſunt grauia, ut gentes integras perderent & terram polluerent. Hactenus Iſychius. Hoc idem deniq;, quod, uidelicet, præcepta ſpecialia generalis mandati moralis leuitici, magnam inter ſe cognationem habeant, genuinamq; connectionem, atq; colligantiam naturalem, uel per hoc probatur. Quod, ſcilicet, eis contrariæ actiones omnes, ſeu tranſgreſſiones eorum, naturalẽ irreuerentiã ſiue indecentiã & ĩhoneſta

Omnes prohibitiões leuiticæ de nõ ducẽdis uicinis cognatis, morales naturę leges ſunt, & ad idem genus præceptorũ pertinẽt, atq; ſub uno & eodem præceptorũ genere continentur.

Prohibitiones leuiticæ de non ducẽdis uicinis cognatis & affinib⁹, magnã inter ſe cognationẽ habent miramq; colligantiam.

Corinthus ille priuign⁹, fornicator i cestuosus, qua nouerca compressit, omniū illarum execrauissimarū execrationū re⁹ fuit quæ in leuitico pcenscētur, secundum Isychium, & autorem glosę ordinariæ.

tem includunt, consimilemq; uel nō multum dissimilē deformitatem & non peculiarem neq; alterius generis aut omnino dissimilem sortiuntur turpitudinis reuelationem. Finit argumentum. Eat iam Cornelius Agrippa & Isychium rideat ac autorem glosæ ordinarię, imo ipsum beatum Iacobum: qui in epistola sua canonica ab illis non dissimilia scribit. Quicunq;, uidelicet, totam legem obseruauerit, offendat autem in uno, factus est ōniū reus. Hactenus Apostolus, Certe ipsemet merito ridendus est, de Agrippa loquor, qui tam temere asserit patrem Corinthi superstitem fuisse, nō rectę q; negat mortuo patre nouercā ab eo carnaliter cognitam, ducere, impium ac sceleros um esse, neq; contra naturæ uerecundiam ac reuerentiam atq; legis Moysaicæ præscriptum. Eius uerba ita se habent. Quin age mortuus fuerit illius Corinthii pater, etiam si nihil minus uerum, quid si doceamus non esse cōtra naturæ reuerentiam ac præscriptum mortuo patre nouercam ducere, ac ne contra leges quidem iudaicas? huc usq; Cornelius. Qui istud nos docebit ad kalendas grecas, falsoq; asserit Persas, nouercas solitos ducere. Patrem præterea Corinthi incestuosi in uiuis tūc egisse quando eius uxorem ille habebat, constanter & consentientibus calculis non asserunt doctores omnes: imo neq; Paulus ipse id manifeste testatur. ii. ad Corinth. vii quemadmodum non recte scribit ac asserit Agrippa, sed subobscure potius ibidē, etiā si omnino res ita se se habeat. Imo incertum omnino est iuxta Dionysium a Rikkel carthusianum, & glosæ ordinarię autorem, atq; alios

Capite. 2. Reus, id est, condemnatur, neq; cæterorū obseruatio prodesse potest ad salutem. Vide Augustinum.

Agrippa temere asserit patrem Corinthi superstitem fuisse.

Persæ nō nouercas, sed proprias matris uiduas ducebant, ut de Philonē & Hieronymum.

alios interpretes non paucos, de corintho ne priuigno inceſtuoſo & uiolatore nouercæ, quouiſue alio qui inter eos fraudem & iniuriam proximo fecerat, loquatur Apoſtolus epiſtolę ad corinthios .ii. cap. vii. De utroq; nanq; reuera exponũt, & ambigue ac dubie Pauli dictũ, Non, ſcilicet, propter eum qui fecit iniuriam. &c. ibidẽ interpretantur. Sane iuxta exiſtimationem ac reputationem legis diuinæ deiq; conſtitutionẽ quæ iuxta Chryſoſtomum, fortior eſt quam uirtus naturæ, iniuria plane fit, irreuerentiaq; mortuo patri quando relictam eius uxorem filius ſuus ducit, aut cum ea coit. Id quod leuitici cap. xviii. & .xx (ubi, quicquid dicat Agrippa, prohibitiones iuxta Auguſtinum, ac hebræorũ & chriſtianorum omnium a naſcente eccleſia conſuetudinem, non tam pro uiuis quàm defunctis datæ ſunt) deus ipſe teſtatur, dicens eum paternam turpitudinẽ & ignominiam reuelare. Vnde mihi uidetur omnino Corinthi inceſtuoſi patrem tunc defũctum fuiſſe quando eius uxorem, uel eam potius quæ eius uxor fuerat, filius ſuus fornicator inceſtuoſus habebat, errareq; Abelem, Agrippam, ac eos qui Theophylactum ſequentes, aliter ſcribunt: putantes mortuo in uxore ſua fieri non poſſe iniuriam per cognatum ſuperſtitem. Et quòd, quicquid dicat Agrippa, inter uirum ac coniugem ſit unitas quædam carnis, ſi non realis, tamẽ reputationis, quæ etiã morte quo ad propinquum nõ dirimitur. Alioqui enim (ut & ante dixi) quomodo defuncti turpitudo, ignominiaue in uxore eius, uel ea potius muliere quæ eius uxor eſſe deſiit (Siquidem iuxta Apoſtolũ, in morte alterutrius

Catholica hebrçorũ & chriſtianorũ omnium cõſuetudo, legis Moyſaicæ, atq; etiã euangelicæ interpres eſt optima.

Quid eos errare interpretes fecit, qui Corinthi patrem ſcribũt fuiſſe ſuperſtitem?

Fratria, & quæuis coniūx etiā post mortem uiri sui cū eo caro una reputatur. estq; inter eos non unitas realis, sed unitas rationis seu reputationis, quæ cū consanguineo uicino matrimoniū impedit ex lege dei.

coniugum, uinculum coniugale soluitur) reuelari, detegiue potest per fratrem, propinquumue uicinum superstitem, ut in leuitico dicitur? Deniq; sine dubio mortuis quodammodo fit iniuria si illorū rebus aut ui aut dolo abreptis abutamur. Videmur enim quodammodo illorum cineri illudere, uidemur insultare. Et uel Lyrano teste in commentariis suis super .xxii. deuteron. caput, contra naturæ ordinem ac reuerentiam naturalē patri a filio ex naturæ iure diuinoq; debitam, est: quòd eius uxor ab illo cognoscatur, illiusq; coniunx fiat, atq; ita illi per matrimonii legem illa subiiceretur, cui uel propter patrem, ne eum inhonoret, eiq; iniuriam faciat, atq; eius turpitudinem reuelet, si prius ab eo cognita fuit (quod ob Abysaak sunamitidē Dauidis ācillā ac cō iugē, & Adoniā, hic addo, qui legē, ut Lyranus non recte scribit, non est transgressus, eam e consilio fortassis Abiathar sacerdotis postulans uxorem sibi dari, propterea quòd cum patre suo Dauide una caro per seminum commixtionem nō fuerat facta) quia caro eius est effecta, ut dei legem omittam, ille reuerentiam debet. Violat nanq; sine dubio primum secundæ tabule præceptum qui parentes non honorat. Quid plura? Doctissimus Origenes mentionem Corinthii incestuosi in præfatione epistolę ad Romanos satis prolixam faciēs, Pauliq; dictum, Nō, scilicet, propter eum qui fecit. &c. de Corinthio priuigno intelligēs, fornicationem illius, adulterium, ut incaute forsan Theophylactus, non uocauit sed incestum. Fortassis, quia incestus, crimen est grauius adulterio, uel, quod mihi uero similius uidetur,

Abysaak, una caro cū Dauide non fuit, quia eā non cognouit. Vide primum terti i libri Regum caput, & Lyranum in cō mentarijs super. 2. caput eiusdem.

Origenes & alij orthodoxi interpretes pleriq;, Pauli dictū, Nō, scilicet, propter eum qui fecit iniuriā, nec propter eum qui passus est, de Corinthio in-

de

de patre eius (qui paternam turpitudinẽ in illius uxore detegebat contra reuelationem naturalem illi ab eo ex naturæ iure debitam) dubitabat, & quidem merito, superstes ne an defunctus esset: id quod quidem & Hieronymus facere mihi uidetur, in commentariis suis super .ii. Amos caput, ubi ipse quoq; meminit Corinthii priuigni uiolatoris nouerce. Fieri potest etiã ut pornia, id est, scortatio, seu, fornicatio, quod est genus ad adulterium (ut in illo cap. xvi. Matthęi, Excepta caussa fornicationis, id est, adulterii) incestum, stuprum, atq; omnẽ illicitum ac inhibitum coitum, apud Apostolum non significet adulterium: sed sit species quędã coitus prohibiti ab eo distincta. Ipse plane iam non recordor, ubi apud eum in epistolis suis pro adulterio ponitur. Quod quidem, si sic sese res habeat, a uero nõ abhorret, quòd si pater Corinthii incestuosi nõ fuisset defunctus, quòd incestum illum beatus Paulus non fornicationem sed adulterium uocasset. Certe uel ualde fallor, uel ubicũq; in testamento nouo cum coniuge aut muliere iungitur uerbum habeo (quo quidem hebręi carent) semper duco, seu matrimonium ineo, significat. Nuptię itaq; inter Corinthium priuignum & nouercam intercesserũt, neq; diuersũ sentiunt interpretes omnes, quẽadmodũ minus uere scribit Agrippa, nisi unũ Ambrosiũ, uocet omnes.

cestuoso interpretantur.

Origenes, Hieronymꝰ, & multi alii autores, de patre Corinthij dubitant, superstes ne, an mortuus esset, quãdo uxorem eius filius suus habebat.

Fornicatio apud Paulũ ꝑ adulteriũ non inuenitur posita.

Nõ licet tibi habere eam Matthei .19. id est, ducere, Marci capite .6.

Corinthius incestuosus nouercam uxoris loco habebat, eãq; ut concubinam tractabat secundũ Ambrosiũ.

SEXTA RATIO SOLIDA, FIRMA, ET irreuincibilis qua connubium fratrię siue fratrissæ, iure naturæ uetitum esse per euangelium monstratur.

DE iure & lege naturæ eſt, eiuſq; non tantum conſilium, ſed & proprium ac peculiare prę ceptum, ut id quiſq; alteri faciat quod ſibi uult fieri, & ita cum altero agat, ut agi ſecum ab illo uelit: illoq; prohibetur ne quis cuipiam iniuriã inferat, aut id faciat quod ſibi fieri nollet. In his enim duobus præceptis, binis his uerſibus, contentis. Quod tibi uis fieri mihi fac, quod non tibi noli. Sic potes in terris uiuere iure poli. iuxta Gloſam in cap. primo de ſũma trinitate & fide catholica, ius naturale conſiſtit. Et hæc duo omnibus hominibus æque communia ſunt ac naturalia, communiterq; a natura, inſita. Vnde in euangelio, ubi iuxta Origenem, cuncta ad naturalem referuntur ęquitatẽ, Meſſias ſiue Chriſtus & ſeruator noſter ait, Omnia quęcunq; uultis ut faciant uobis homines & uos eadẽ facite illlis. Hęc eſt enim lex & prophetæ. Ad hunc modum de lege naturę, qua, iuxta Ciceronem in libro de legibus primo & ſecundo, iuſta & iniuſta omnia cenſeri debeant, cuiq; lex moralis pręceptionis & euangeliũ concordant, loquitur etiam Auguſtinus multis in locis. Quid enim ait Origenes quoq; in cõmentariis ſuper epiſtolam ad Romanos, ita naturalibus ſenſibus proximum, quàm quæ nolunt ſibi fieri homines hæ, ne faciant aliis? Illam inſuper in corde hominis ueritas ſcripſit, ut in libro ſententiarum tertio magiſter ait, & quia non legebat in corde, iterauit in tabulis ut uoce forinſecus admota rediret ad cor & ibi inueniret quod extra legeret. Hæc ille. Ergo quum alii nemini imo nec tibiipſi permittis ut tuam reuelet turpitudinẽ, actumq;

In uerſu Ordinatiſſimã.

Ex lege naturæ, omnis ſane inſtituta conſtat, & illa pie, atq; iuſte uiuitur.

Cap. 2. lib. 2.

Propriã turpitudinẽ reuelare prohibemur leuitici capite 18.

actumq; inte de quo erubescas committat, sed potius ut pudicitię, famęq; tue parcat, uis, ne ignominia tua pateat: Neq; tu per ius naturæ ex quo, dubio procul & leges aliæ omnes censendæ sunt, quia ex eo deriuatę, cuipiam, & multo magis fratri in uxore sua quę cum eo corpus unũ caroq; una atq; indiuidua & indissolubilis effecta est, a cuius coitu nedum nuptiis ut abstineas lege etiam diuina & morali admoneris, id iniurię, confusionis, aut, ignominiæ, inferre potes aut debes. Qui enĩ naturæ legem in cordibus omnium perscriptam, quàm nec ulla iuxta Augustinũ iniquitas delet, sequitur: is ex æquo & bono procul omni cõtrouersia cum omnibus uiuit, atq; unicuiq; quod suum est tribuit, nedum ab iniuriis abstinet, & sese tuetur, ac uim ui repellit. Finit argumentum. Sanctus prętera de Aquino Tomas in libro contra gẽtes. iii. unicuiq; quod suum est conseruare & ab iniuriis abstinere, homini naturaliter conuenientia esse asserit. Scotus deniq; subtilis in. iiii. dist. xxi. quest. ii. scribit quoq;, quòd quilibet debet secũdum rectã rationem & inclinationem naturalem diligere famam propriam, celationem q; peccati sui. Superest itaq; iam solum, ne mecum cauilleris, ut maiorem propositionẽ meam & Assumptum, illud, tidelicet, christi, Omnia quęcũq; uultis ut faciãt uobis hoĩes. &c. Matthei capite v. & Lucæ cap. vi. quomodoq; a Hieronymo ad Celantiã de institutiõe matrisfamilias, & scholasticis doctoribus (qui ueritatem accuratissime disquirunt, dubiaq; discutiunt) iterpretatur, declarem. Nam iuxta Scotum hominem ingeniosum, in eodem quem supra nomi-

Ex lege naturæ, leges õnes aliæ, sũt censendæ: si enim illi consonę nõ fuerint, abolẽde sunt.

Legem Inimanis animis insculptam nulla iniquitas delere potest. Augustinus in libro confessi num. 2.

Cap. 129.

Vim ui repellere, de iuræ naturæ est secũdum Florentinum iu reconsultũ, & Gratianũ, qui beatum Isodorum in libro etymologiarum. 5. sequitur.

nau

Veram intelligentiã germanumq; ſẽſum propoſitionis euangelicę, Omnia ſcilicet, quæcunq; uultis ut faciant uobis homines &c. hiç exprimunt Scotus, Alexander de Ales, Petrus Lombard⁹ &, Hieronymus.

naui loco, ſic intelligi debet illa propoſitio legis naturæ de charitate fraterna, quæ uultis uobis, id eſt, quæ debetis ſecundum rectam rationem uelle, uel, de ratione ordinata, ut Alexander de Ales ait in tertia parte ſummæ ſuę queſt.xxxv.uel iuxta ſententiarum magiſtrum Petrum Lombardum in tertio, Omnia quecunq; uultis, bona, ſcilicet, quæ inuicẽ nobis exhibere debemus. Et nemo id alii faciat, ſcilicet, iniuſte, quod ſibi fieri nollet. Hieronymi uero uerba ad Celantiã ſunt hæc. Sed quaſi ad compendioſum locum, quoddam commonitoriũ, illa tibi euangelii eligenda ſententia eſt, & ſuperſcribenda cordi tuo, quæ ad totius iuſtitię breuiariũ, dominico ore profertur: omnia quecunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis: Cuius pręcepti uires exprimẽs, iũgit ac dicit: Hæc eſt enim lex & prophetę. Infinitę nanq; ſunt ſpecies, parteſq; iuſtitię, quas nõ modo ſtilo proſequi, ſed cogitatione etiam capere difficillimũ eſt. Quas omnes una ac breui ſententia comprehendit, & latentem hominum conſcientiam, ſecreto animi iudicio, aut abſoluit, aut damnat. Ad omnem igitur actũ, ad omne uerbum, ad omnem etiã cogitatum, Hęc ſententia retractetur: quæ tibi quaſi ſpeculum quoddam paratum, & ad manum ſemper poſitum, qualitatẽ tuæ uoluntatis oſtendat: ac etiam uel de iniuſto opere redarguat, uel de iuſto letificet. Quotieſcunq; enim talẽ in alterum habueris animum, qualem in te ab altero ſeruari cupis: æquitatis uiam tenes. Quoties uero talis erga alterum fueris, qualem in te uis neminem: iter iuſtitię dereliquiſti. En totum illud diuinę legis arduum

totumq;

totumq; difficile. En ob quã cauſã dura imperia. Domi noreclamamus, & dicimus nos, uel difficultate, uel impoſſibilitate mandatorum premi. Nec ſufficit, quòd iuſſa non facimus: niſi etiam iubentem, iniuſtum pronũciamus, dum ipſum æquitatis autorem, non modo dura & arduã, ſed etiam impoſſibilia præcepiſſe conqueri mur. Omnia, inquit, quæcunq; uultis, ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis. Coniũgi uult inter nos atq; connecti, per mutua beneficia charitatem. Omneſq; homines uicario inter ſe amore copulari, ut id unoquoq; pręſtante alteri, quod ſibi ab omnibus pręſtari uelit: tota iuſtitia, & præceptum hoc dei, cõmunis ſit utilitas hominum. Et o miram clementiam domini, o ineffabilem dei benignitatem. Præmium nobis pollicetur, ſi nos inuicem diligamus, id eſt, ſi nobis ea præſtemus inuicem, quorum uiciſſim indigemus. Et nos ſuperbo ſimul & ĩgrato animo, eius renitimur uoluntati: cuius etiã imperium beneficium eſt. Hactenus Hieronymus.

SEPTIMA RATIO SOLIDA, FIRMA, & irreuincibilis qua matrimonium cum fratris uxore, quia naturali honeſtati aduerſatur, naturæ iure partim inhibitum eſſe oſtenditur. Omne enim matrimonium uerum, honeſtũ eſt & uinculũ honeſtatis iuxta S. Bonauenturam.

13 Coniugium non tantum est honestũ, sed & hono rabile iuxta Apostolum,

COITVS, coniugiumq; cum uxore frattis & connubia alia quæ non sunt honorabilia neq; honesta, sed naturali uerecundię, honestatiq; aduęrsantur, atq;, ut ait. S. Anselmus, non contegunt nubentiũ inhonestatem, nec illam humanæ generationis pœnalem turpitudinem pudibundamq; libidinem quodammodo absorbent, hoc est, quę iure diuino morali naturę cauta sunt, christicolarũq; omnium uniuersali ac recepta a nascente ecclesia cõsuetudine nedum christiana religione, quæ de iure naturæ est, prohibita: non possunt non esse illicita, turpia, & naturaliter inhonesta. Ergo si iuris naturalis diffinitioni a Gratiano in decretis pontificum positę credimus, etiam legi naturæ, quam in cordibus nostris scriptam esse asserit Apostolus, sunt repugnantia. Ius nanq; naturale uel de lege naturæ ibidem & secundum Isodorum dicitur, quod in lege & euangelio continetur, & iuxta glosam, omne ius diuinum dicitur naturale ius. Qua cũ in libro iii. contra Gentiles consentit. S. Tomas Aquinas ea asserens quæ lege diuina pręcipiuntur, non solum hac ratione, recta ac iusta esse, quia lege, instituta ordinataq; sũt, sed etiam secundum naturam, & secundum se naturaliter recta atq; iusta esse, iuxta illud psal. Iudicia domini sunt uera, iustificata in semetipsis. Idem in priori partiti one secundę partis quęstionum theologicarum (quem & Paulus episcopus Burgesis ĩ additione. ii. super. xxiiii. Deuteron. caput, in hoc sicut & aliis fere omnibus, sequitur) ea, contra quoq; quæ de lege naturæ sunt, plenarie tradi affirmat in lege & euangelio. Et de ea etiam sunt atq;

Religio iuxta Ciceronem, Aquinatẽ, & Põponium iure consultũ, de lege naturæ est,

Epistolę ad Romãos capite. 2.

In lege & euãgelio naturale ius cõtinetur.

Cap. 129.

Quęstione .14. quęstiuncula. 2. & 3.

Qnę ad uerã cieratem, solidamq; iusti tiam, quoquo modo attingũt, uniuersa quidẽ,

atq; ex dictamine naturalis rationis procedunt secundũ Iohannem de Turre cremata, Altissiodorensem, & VValdenum, prohibitiones leuitici omnes de non du cendis cognatis & affinibus, quæ in decem Decalogi mandata a doctissimo Origene ac eis etiam merito re feruntur. Certe quicunq; cognatam seu propinquam aut fratriam uel aliam affinem uicinam leuitica dei lege expresse aut implicite inhibitam, coniugem sibi sumit & cum ea coit: is in honestatem naturalem, crimen com mittit, & contra humanę naturæ instinctum, pudorem, atq; pudicitiã facit. Naturalis nanq;, teste scriptura (quã hic bene intelligit ac recte exprimit in .iiii. dist. xl. Bona uentura) honestas, cui turpitudo omnino aduersatur, non sinit, ut quis cum fratria uel affine uicina coiens, turpitudinem & ignominiam fratris, propinquiue uicini reuelet. Si ergo uerum ac legitimum coniugium nõ tantum iuxta Bonauenturam, honestum sit, atq; uincu lum honestatis, sed & secundum Apostolum honorabile: cum matrimonialis coniunctio seu coitus cum fratria prius a fratre præmortuo cognita, naturæ, matrimo niiq; honestati sit aduersa, infesta, inimica, atq; deo odi bilis: Necesse est ut non illa tantum sed & naturalis honestas illud impediat, fratrię, inquam, carnaliter cognitę coniugium, ex lege naturæ nedum lege diuina. Finit ar gumentum. Bonauenturę uerba ita se habent. Honestas naturalis refugit reuelare ignominiam & turpitudinẽ propinqui. Hęc ille. Anselmi uero, cuius in initio ratio nis atq; argumenti huius mentionem feci, uerba sunt hęc. Nec potest superduci aliquod honestum, quod

at non fingu la sacris lite ris explicata sunt.

Leuitici, cap. 18.

Turpitudo honestati cõ traria est.

In. 4. dist. 40 matrimoniũ est uinculum honestatis.

Honestas na turalis matri monium cũ fratria impe dit, quia iux ta Bonauen turam, refu git reuelare ignominiam & turpitudi nã propiqui.

tegere poteſt hoc inhoneſtum. Non quod negem nuptias ſãctas,& honorabile coniugium cubileq; immaculatum, quo legitime, & cum timore dei celebratur pio amore matrimonium. Quo nubentes,quum effici untur unus ſpiritus, ex quo facti ſunt una caro,& amore ſancto,& deſyderiõ generandæ prolis ſic contegunt inhoneſtatem ſui, & abſorbent quodammodo illam humanæ generationis pœnalem turpitudinẽ: ut ſecundũ Apoſtolum, qui nubunt, ſint quaſi non nubentes. Hæc ille. Pro cuius mẽte manifeſtanda, Nõ parũ facit quod ĩ.iiii.ſãctus de Aquino Tomas ſcribit. Coituus uidelicet matrimonialis ſiue carnalis ĩ licito matrimonio cõmixtio, quãdam etiam in ſe turpitudinem includit ac poſſidet, uerum illa turpitudo eſt turpitudo pœnę in quantum ex primi parentis peccato effectum eſt ut inferiores uires & membra corporis, rationi non obediant, non autem eſt turpitudo culpæ & ideo de coitu etiam in licito coniugio, facto, homo erubeſcit non quaſi de culpa, ſed quaſi de quolibet alio defectu: quia quandã etiam mali ſpeciem & actus inordinati ſimilitudinem habet propter concupiſcentię turpitudinem & corrupti onem quæ actum illum matrimonii ſemper concomitatur: ideo autem aſſignantur aliqua bona excuſantia illum, proles ſcilicet & fides, debitiq; redditio, quę effi ciunt ut malus non ſit, nec peccatum, tametſi, quandã mali ſpeciẽ ſimilitudinẽq; habeat. Hactenus ex ſentẽtia Aquinatis in.iiii.diſt.xxvi.queſt.prima, articulo .iii. & diſt.xxxi.queſt.ii.arti.primo. Supereſt ſolum ut Scoti uerba in mediũ afferam qui Gratianũ immerito carpit

Errat hic, Anſelmus. Nam ex copula tantum carnali & ſeminum commixtiõe uir ac uxor fiũt una caro, corpuſq; unũ.

Cur de carnali etiam ĩ matrimonio licito, cõmixtiõe erubeſcimus, cũ ſit actus licitus?

quia

quia eum non recte intellexit, neq; plene legerat ſemet interpretantem in decretis diſt.vi.ubi Origenē ſequēs, hæc nobis ſcripta reliquit. In lege & euangelio naturale ius cōtinetur non tamen quęcunq; in lege & euangelio inueniuntur, naturali iuri coherere probantur. Sunt enī in lege qnędam moralia præcepta: ut non occides.&c. quædam myſtica utpote ſacrificiorum pręcepta: ut de agno & alia ſimilia his. Moralia mandata ad naturale ius pertinent: atq; ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtrantur. Myſtica uero quantum ad ſuperficiem a naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam inueniuntur ſibi annexa: ac per hoc etſi ſecundum ſuperficiem uideantur eſſe mutata: tamen ſecundum moralem intelligētiam mutabilitatē neſcire probātur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens ut ſupra dictum eſt manet immobile. Hæc ille. Scoti uero tenebricoſi uerba in.iiii.diſt.xvii. ſunt hæc. Et ex hoc patet quòd non recte loquitur Gratianus de iure legis naturæ, uolens illa quę ſunt in ſcriptura ueteris uel noui teſtamēti de lege naturæ eſſe: quia nec illa omnia ſunt principia practica nota ex terminis: nec concluſiones practicæ demonſtrate, nec uera euidenter conſona talibus principiis & cōcluſionibus. Exponendus ergo eſt quòd extendit ius naturale ad ius poſitiuum ab auctore naturæ ut diſtinguitur contra ius poſitum ab aliquo qui non eſt auctor naturę. Hęc Scotus Gratianum partim dumtaxat legens, cūq; erronee putās locutū fuiſſe de poſitiuis legibus & ceremonialibus atq; figuralibus pręceptis ueteris inſtrumenti, quorum

Scotus Gratianum merito taxauit.

Myſtica mā data ueteris teſtamenti quo ad moralem intelligentiam de iure naturæ ſūt ſecundū Origenē & Gratianum.

Quæ de lege naturæ ſūt ſecundū Scotum?

Cerçmoniæ nec ueteris nec noui testamenti de lege naturæ sunt nec proprie nec improprie, quia sẽper nõ sũt uniformes, sed alterantur, ut lex annorum, primo Timothei. 5. & de diaconissa &c.

quędam, ut, fratrię carnaliter cognitę coniugium, & circumcisio, legi naturæ ĩ totum fere sine dubio repugnãt: uel noui testamenti, quorum etiam aliquot, ut Eucharistiæ oblatio, thurificatio, cãtusq; psalmorum, uel illo ipso teste, de lege naturæ non sũt nec proprie nec extensiue, quia semper non sunt uniformia, licet sic sint consona legi naturę quòd ei non repugnent. Sic lex de abstinẽdo ab Idolothyto, suffocato, & sãguĩe, Actuũ cap. xv. & de Diaconissa, & de tõdendo capite uiri, epistolæ ad Corinthios primę cap. unde cimo. Quid plura? Origeni magis uidentur hæc quę in eorde scripta dicuntur cum euangelicis legibus quàm lege Moysaica conuenire. In euangelicis legibus iuxta eum, cuncta ad naturalẽ referuntur æquitatem. Legi uero Moyseos concordare lex naturalis secundum spiritum non secundum literã potest. Nam quæ erit, ait ipse in cõmẽtariis super epistolam ad Romanos, in hoc intelligentia naturalis, uerbi gratia, ut cũ lino simul ne lana texatur, aut ne quis in die nouorum, fermentatũ aliquod edat, uel, octaua die quis circumcidat infantem. Hæc ille cap. ii. libri. ii.

Illa quæ sũt de lege naturæ, cum euãgelicis legibus magis conueniunt ą̃ cum lege Moysaica,

Cap. 5.

OCTAVA RATIO SOLIDA, FIRMA, & irreuincibilis qua per Aquinatis, & Bonauenturę argumentum probatur matrimoniũ cum fratris uxore inhibitum interdictumq; esse iure & lege naturæ.

Sanctus

SANCTVS Tomas Aquinas in.iiii.sententiarum, ubi probare conatur quod ex naturæ lege & domini præcepto, leuitici.cap.xviii.& xx.consanguinitas matrimonium impediat, argumẽtum pro parte uera facit hoc, quemadmodum atq; .S.Bonauentura, in.iiii.qui a scholasticis theologis doctor seraphicus uocatur. Illud quod impedit bonũ prolis etiam matrimonium impedit secundum legem naturæ, sed consanguinitas impedit bonum prolis, quia ut in litera ex uerbis Gregorii habetur, experimento didicimus ex tali cõiugio sobolem nõ posse succrescere, ergo consanguinitas secundum legem naturæ matrimonium impedit. Hactenus ibidẽ Aquinas. A cosimili, sic iam & ipse arguo. Illud quod impedit bonũ prolis etiam matrimonium impedit secundum legem naturæ. At affinitas quæ est filia consanguinitatis atq; ex ea, & copula carnali seminum q; commixtione originẽ suam trahit, & quando inter fratrem fratrisq; uxorem est, Iibbum uocatur, bonum prolis impedit: id quod uel ex leuitici cap.xviii.&.xx.palam liquet, ubi a deo steriles uel, herede masculo orbati, denũciãtur esse futuri, qui cum suorum fratrum siue defunctorum siue superstitum, uxoribus uel coeunt uel cõiugium ineunt. Ergo ex naturæ lege, affinis leuama & fratria siue fratris uxor a fratris mariti sui cõnubio coituq; uel propter Iibbũ & affinitatẽ quę ex cõsanguinitate & copula carnali seminũq; cõmixtione nascitur, repellẽda est. Finit argumẽtũ. Certe oẽs leuiticę prohibitiones non tã contra coitum quàm connubium illicitum datæ sunt, id quod aperte

Dist.33. 14

Dist.40.

Aquinatis, Bonauenturæq; argumentum.

Argumentũ autoris.

Iibbũ ea est affinitas quę inter fratrẽ est, fratrisq; uxorem.

aperte præter Augustini, atq; aliorum non paucorum interpretum orthodoxorum interpretamenta, declarãt duo hebræa uerba Lakach accepit, id est, duxit, & Shachaf iacuit, id est, coiuit. Eque etiam pro defunctis atq; uiuis cognatis imo pro mortuis potius, precipueq; sunt conscriptæ. Hæc in Massecheth Ieuamoth, id est, tractatu fratriarũ, nõ obscure tractãtur, ubi declaratur iiuum, & eadẽ, ĩ Leuiticis quęstiõibus per diuũ Augustinum, atq; alios ĩterpretes hebręos, Syros, Arabes, Gręcos, ac latinos palã probantur: ut uniuersalẽ ac receptã hebręorum atq; christianorũ omnium consuetudinem omittam, quę coitus & cõiugia leuitici cap. xviii. & .xx. interdicta, nunquàm admisit. Præterea hoc in casu nostro, loco cultus religionis multiplicabatur, rectius posuisset Aquinas in .iiii. distinctione .xxxiii. Hereditas in tribu familiaq; conseruabatur, ne sortes hereditatum & familiæ distinctæ in tribubus, permiscerentur confunderenturq;. Incertum insuper per eum atq; Augustinum est, An apud hebræos olim licitum esset fratriæ coniugium quando defunctus frater sine semine seu prole moriebatur & eam carnaliter cognouerat? Forte enim etsi in loco quem iam citaui, Aquinas non expresserit, Et, scilicet, eam carnaliter non cognouerat, subintellectum tamen hoc esse uoluit, additumq;, ad, Quando defunctus frater moriebatur sine prolẽ. Incertum etiam per eum ac Augustinum etiam num est, An apud hebręos olim licitum esset huiusmodi matrimonium quando defuncti fratris liberi ab ea susceptiante eum mortui erant? Si enim ad rationem deute-

Leuiticę pro lubriões ob mortuos ꝑ pinquos pri cipaliter datę sunt.

Vtinam hos nodos enodasset Augustinus.

deuteronomii capite.xxv. expreſſam, tantum reſpicimus(ut,ſcilicet,ſuperſtes frater, uel eo deficiẽte, cognatus uicinior, defuncto fratri aut propinquo ſine liberis ſemen ſuſcitaret, ne a familia ſua, hereditate & populo periret atq; euaneſceret nomen eius tribuumq;, ſortes confunderentur) dubio procul apud eos olim licitum erat: uerum nõ ob hanc ſolum rationẽ,cauſſam, ſeu cõſiderationem deuteron.cap.xxv. expreſſam (quæ omnino inſufficiens eſt, niſi cum euangeliſtis Marco cap. xii.eiuſdem,ac Mattheo cap.xxii.dicamus,Et filios ſeu ſemen,non reliquerit, & non inuerbis quemadmodũ cap.xx.Lucas, Et hic ſine liberis fuerit) Moyſes legem illam inſtituit, ſed & precipue obhanc quoq; iuxta Tertullianum, quę ibidem non exprimitur. Vt uidelicet defunctus frater ſterilis per uicariam ſuperſtitis fratris operã,ignominiam & legis etiam maledictionem euaderet, atq; iuxta Bonauenturam, ut promiſſam eis in lege plenam perfectamq; benedictionem cõſequeretur. Sterilis enim apud Iudæos maledictus & infamis reputabatur, id quod in libro contra Iouinianum primo teſtatur etiam Hieronymus his uerbis. Quia apud Iudęos gloria erat in partubus & parturitionibus & maledicebatur ſterilis, propterea quod apud eos, quemadmodum in libello de monogamia recte ſcribit Tertullianus, decurrere habebat uetus benedictio, Creſcite, ſcilicet, uel ut in hebræo & chaldæo ſignificantius ac rectius habetur Geneſ.cap.primo,fructificate ſeu fructum facite & multiplicamini. Sane legibus etiam ciuilibus mulctabatur mulier ſterilis,& nõ tantũ ob rationẽ deuteron.

Ratio deuteronomici ꝑcepti de ducẽda fratria, in ipſo contextu expreſſa, omnino inſufficiens eſt. Se enim non extẽdit ad defunctũ fratrẽ cuius liberi ab ea ſuſcepti ante eũ ſunt mortui. Tũc nãq; nomen eius apud ſuos perit,& pro eo in lege deuteronomica ibidem fit prouiſio nulla. Qđ ut aduertas lector, percupit autor ul' propter rationẽ primã,quam huius fragmenti principio fecit.

cap.xxv.expreſſam Moyſes legem de ducenda fratria condidit ſed & ut iam dixi, propter ignominiam & legis maledictionem uitãdam, atq; ſolamen non mortis morituri fratris dumtaxat, quemadmodum ſẽtit Chryſoſtomus, quæ alioqui iuxta eundem, ſecum luctum illi inextinguibilem attuliſſet, ut ita quaſi quadam palin geneſia ſeu regeneratione quodammodo reuiuiſceret, uerum etiam ob ſubleuationem tribulationis atq; releuationem calamitatis ſuperſtitis fratrię, dereliętę ac miſeræ uiduæ iuxta Ioſephum & Iſychium, ut ita certum illa maritum haberet qui in cõiugem ſibi ſumere illam teneretur atq; alere. Ex his liquet nullo modo apud iudęos licitum unquàm fuiſſe cõiugium fratrię, ex qua pręmortuus frater liberos ſuſtulit. Hoc idem aſſerere uidetur etiam Chryſoſtomus in homilia.lx. ſuper Matheum his uerbis. Quando uero liberi erant defuncti, tunc nullo modo apud hebręos talẽ matrimoniũ procedebat. Si defuncti uocabulum non ſit genitiui caſus, ſubintellectum q; habeat uerbum fratris, ſed referatur ad uocabulũ liberi, nominatiuuſq; pluralis ſit. Ambigue enim ab interprete latino ponitur, ſi ad orationis cõ textum nõ attendas. Verum uideas erudite lector quid in græco ſcriptum reliquit Chryſoſtomus, ubi ueritas palam ſe oſtendit. Supereſt iam ſolum ut in medium afferam Alberti magni uerba ſuper iuſſionis deuteronimicæ ratione de ducenda fratria, quæ ſunt hæc. Et ſuſcitet ſemen fratris ſui (alias, fratri ſuo) quia ſecundum naturam ſemen uiri licet aliquando non ſit efficax ad generationem: tamen eſt efficax ad matricis alterationẽ.

Defuncti uocabulum dubie ponitur, eſſe enim poteſt genitiuꝰ ſingularis, uel nominatiuꝰ caſ⁹ pluralis.

Suſcitare ſemen fratris ſui. Pro hoc, deuteron. cap.25. in hebręo, chaldæo & græ

Cuius

Cuius ſignum eſt quòd mulier ex ſecundo uiro ſepe generat filium priori marito ſimilem, Et mulier cum qua coiuit leproſus qui fortiter infectus eſt, inficit ſecundum qui cito poſt leproſum erit cum eà. Et ideo quãuis ſemen defuncti, totum ſecundum ſubſtantiam efluxerit: tñ qualitates remanent in matrice ſpiritualiter diffuſę in uenis: ex quibus ſequentis uiri ſemen trahitur ad ſimilitudinem prioris. Et ideo dicitur prioris uiri ſemen ſuſcitari per ſequentem. Hoc autem facilius fit per fratrem, quia ille ex eiſdem parentibus, natura frequenter ſimiliorem habet cum ipſo complexionẽ. Et ideo etiam prȩcipitur quòd primum filium ex ſecundo genitum, nominetur nomine fratris prioris. Hoc tamen maxime præceptum eſt ne ſortes hereditatũ & familię diſtinctę in tribubus permiſcerentur & confunderẽtur. Hec igitur fuit ratio & cauſa legis. Hactenus Albertus magnus in commentaris ſuper. xx. Lucę caput.

eo habetur. Excitare fratri ſuo nomen. Verum geneſ. cap. 38. ſemẽ ſcribitur, ſic. Et excita ſemẽ fr̃i tuo. Vtro bíq; tamen fratri, I dando di caſu.

Cur dicitur prioris uiri ſemen ſuſcitari p ſequẽtem?

NONA RATIO SOLIDA, FIRMA ET irreuincibilis, qua cõnubium cũ fratris uxore, ſi non in totum, partim tamen naturæ iure uetitũ eſſe mõſtratur.

VBI SORORIS nomen eſt, ſuſpicio omnis (ut in libro aduerſus Iouinianum ſecundo ait Hieronymus) fœdi amoris excluditur, & cum dictamine ac iudicio rectæ rationis, naturæq; lege nedum diuina & morali atq; prima matrimonii inſtitutione, reuera pugnat ut quis coniugem ſibi ſumat ſororem ſuam filiam patris

Alio amore cõſanguineas ꝓſequimur, & alio alias mulieres.

Contra honestatem est atq; uerecundiam naturalem, ut quis sorori suæ misceatur. Vide Bonauēturam in. 4. i queſt. de cōsanguinite, & Augustinū in libro 25. de ciuitate dei, cap. 16. atq; Aquinatē i. 4. dist.

sui, uel matris suę aut utriusq; parentis sui, quę caro eius est: cuiq; uel propter propinquitatis nomen ac sanguinis coniunctionem, reuerendum honorem uerecundumq; amorem debet. Huiusmodi enim coitus iuxta Augustinum. Bonauenturam, ac Aquinatē, non tantū sibi annexam habet turpitudinem atq; naturalē quandā uerecundiam & naturalem indecentiam seu irreuerentiam ac inhonestatem, & a deo Leuitici cap.xx. morte mulctatur, quia ibidē ab eo chesedh nominatur: sed & incestus est execrabilis, & a deo (qui ea etiā quæ cum rubore ac uerecunde, turpiterq; fiunt, lege omnino ne fiāt, canit quia ei reuerentia, ac amor pudicus debeatur) maledictius deuteron. cap.xxvii. contraq; naturā humanam prorsus fit, atq; naturalem ac genuinum pudorem & uerecundam reuerentiam parentibus suis naturaliter debitam in se & in sorore sua eorum filia, quæ a Moyse leuitici capite.xviii. sui ac parentum caro dicitur ac est, deq; substantia eorundem, & in qua, recens ac uiuida uere solideq; relucet illorū natura. Qui enim suam sororem ducit quæ leuitici cap.xviii. caro fratris uocatur, uel cum ea coit atq; eam irreuerenter tractat eius turpitudinem reuelando, carnem suā quoq; nedū matris ac patris sui in connubium assumit & propriam turpitudinem reuelat: quod etiam leuitici cap.xviii. prohibetur: sicq; se & parentes suos eo nomine ignominia afficit & plurimum sibi ac illis, atq; ipsi deo quoq; qui ab hebreis makom uocatur, quòd ubiq; presēs sit, iniuriatur. Dignitati insuper non tam proprię offi cit quàm illorum, quos in primis uel propter dei mandatum

datum, ne in eius maledictionem incurrant, reuereri decet & honorare, illos inhonorans in uiuida ipsorum natura ac substantia, a qua etiam pudibundæ uerecũdiæ pudicitięq; naturalis ac reuerentiæ uerecundæ causa, accuratissime semper se subtrahere atq; cõtinere deberet. Idq; in caussa fuit quod apud Romanos quoq; in eorũ legibus nunquàm permissum sit fraternum connubiũ. Et quod in filiis Noe, ac primis hominibus qui urgente necessitate, huiusmodi coniugium inierunt (quod ob hominum raritatẽ atq; humani generis propagationẽ, tunc fuit licitum, & nunc multiplicato genere humano, nephas) ipse propter aurium sãctitatem Moyses idipsũ tamen quasi abhominabile esset uel illud nominare, in sacra Genese sua non nominet: mallens intelligi quàm proferri, quod pię aures uel ob pudicitiam naturalem omnino abhorrent ferreq; nequeunt. Id ipsum etiam in caussa fuit quod ipsemet deus (qui iuxta Iosephum cũ sororibus pro uxoribus coire quempiam, tanquàm praua iniustitiam nimis odiuit atq; diluuium super terrã iuxta Berosum ac Methodiũ ob id partim iduxit quod uidelicet fratres sororibus turpiter contraq; omnem honestatem miscerentur) Lege postea sanxerit leuitici cap. xviii. Turpitudinem sororis tuæ ex patre siue ex matre quæ domi uel foris genita est, nõ reuelabis. Atq; ita eiusdẽ. cap. xx. minatus sit. Qui acceperit, id est, duxerit sororem suam filiam patris uel matris sue & uiderit turpitudinem eius, ipsaq; cõspexerit ignominiam illius chesed, id est, opprobriũ est, & scelus nephasq; operati sunt, exterminabũtur, uel potius, scindẽtur, hoc

Maledictus qui non honorat patrẽ suum & matrem suam, deuteron. capite. 27.

Coniugium sororis olim fuit licitum, at mẽris nũq̃, necessitas enim fraternum cõnubium in initio excusauit. teste Scoto, in 4. sententiarum.

Maledictus qui dormit cum sorore sua & filia pris sui uel matris sue deuteron. cap. 27.

est, interficientur ambo in conspectu populi, uel corã filiis generis sui, eo quod turpitudinem suam mutuo re uelauerint, peccatum q; suum siue iniquitatem recipient & eius pœnam portabunt. Ergo & iudicio ac dictamini rectæ rationis naturęq; legi, nedum diuinę ac morali repugnat atq; aduersatur ut quis fratriam siue fratris uxorẽ acceptam carnaliter q́; ab eo cognitam etiam si nullos ex ea reliquerit liberos, quæ eius affinis est, & pene soror, atq; quasi ipsa reputatur, ducat. Affinitas enim, etsi non omnino tanti momenti sit quanti consanguinitas, neq; adeo grauiter peccet uel contra naturæ reuerentiã, qui in affinitatem quæ ex copula carnali prouenit, quicquàm committit, atq; ille qui in consanguinitatẽ, eodẽ tamen morali iure diuino & naturali, eodemq; gradu connubium impedit, quo iure & quo gradu consangui nitas. Id quod Ieuitici cap. xviii. manifestissime apparet, declaraturq;, ubi tot gradus propinquitatis in affinitate expresse excipiuntur quot in consanguinitate: & idem in causa est, ut Augustinus ait contra Faustum, quòd non aliter habẽda est uxor fratris quàm germana soror, quo ad prohibitionem, sicut nõ aliter nurus, quàm filia est deputãda, id quod & i decretis habetur causa. xxxv. quęst. iii. Quo cum consentit .R. Moyses ęgiptius qui cap. I. libri. iii. more hanneuuchim hæc quæ sequuntur, nobis scripta reliquit. Sicut autem prohibita est soror, sic & uxor fratris, quia hæc est coniunctio duorum in radice & ramo cum mixtione corporis tertii. In decretis insuper causa. xxxv. quest. iii. asseritur & a Fabiano papa ac Iulio papa & ab Isodoro ex concilio Maciensi,

affinitatem

Affinitas est minus uinculum quàm consanguinitas, quæ est causa eius. Aquinas in 4. sententiarum.

Antichristi decretis uocãtur qui affinitatem negant pari & consimili ratione cũ consanguinitate prohibere ab ineundo matrimõio.

affinitatem perinde atq; consanguinitatem coniugium impedire his uerbis. Equaliter uir coniungatur consanguineis propriis & consanguineis uxoris suæ post mortem eius, statutum q; est ut relictã patris uxoris sue, relictam fratris uxoris sue.&c. nemo sibi in matrimonium sumat. Vbi, & quęst. v. plures alii quàm leuitici cap. xviii. consanguinitatis gradus sũt prohibiti. Rursum in decretis idem habetur distinctione. xxxii. quæst. vi. cap. Quid in omnibus,& cap. Adulterii malũ,& in. iiii. sententiarum, dist. xxxix. ubi incestus ita definitur. Incestus est consanguinearum uel affinium abusus. Finit argumentum. Neq; assumpto aut instituto meo aduersatur illud Tamar ad Amnon, loquere ad regem & non negabit me tibi. ii. regum, cap. xiii. quia uel eius soror reuera nõ fuit neq; Dauidis filia, id quod testãtur etiam R. Leui. Ben Gersom, Talmudistę,& qui eos sequũtur, ordinarius bibliorũ expositor. R. Salomon, Lyranus q; noster, uel ut ipsa certe apud hebræorum Rabinos ac legis peritos nõ reputabatur. Multo itaq; minus Assumpto aut instituto meo obstat quòd Hieroymus dicti sui immemor aduersus Heluidium (ubi pro inconuenienti non paruo habet & absurdũ dictu reputat esse ut Abraham uir iustus quicquàm contra naturæ legem tentaret aut perpetraret, & patris sui filiam sibi coniugem sumeret, quod & Lyranus Alphonsus q; comprobant) in traditionibus hebraicis in Genesin contra hebreorum Kabalam ac traditionem, & omnium fere non tam hebręorum, Syrorum ac Arabum quàm grecorum atq; latinorum interpretum interpretamenta nedum suiipsius, etiam

Quomodo consanguinitatis & affinitatis gradus sũt computandi? in decretis uide, causa. 35 quæst. 5. & in +. sententiarum dist. +.

In commentarijs suis super. 15. Iosue caput. Lyra, & super. 12. genes. caput. Alphonsus.

Moyses genes. cap. 11. Sarai, Tare filiam uocasset, potius ꝙ nurum, si reuera Abrahæ soror fuisset,

etiam paulo ante ibidem, Saram asserat sororē Abrahāi fuisse: cum in illo ipso scripturæ contextu eos qui de Tare patre Abrahæ geniti sunt, Moyses enarrans & Sarai non filiam Tare sed eius nurum uocans uxorem q; Abrahæ filii sui, nusquàm inter eos Saræ quæ etiam Iescha, Genes. cap. xi. nomine alio uocabatur, meminit, & ideo eam Genes. cap. xx. pro consuetudine linguæ hebraicæ sororem & filiam patris sui (hoc est, Aui Sarę, filii enim filiorum secundum Dauid Kamchi in radicibus, Lyranum, & .R. Salomonem, dicuntur etiam filii Auorum) Abraham uocauit, sicut & Lot, qui Sarę frater erat, fratrem, qui fratris sui filius, nepos q; suus erat: quia cognata seu consanguinea atq; neptis sua erat, filia scilicet fratris sui Aram uel rectius Charan ex patre sed nō uterini neq; ex matre. Sic Tobie cap. viii. & .ix. soror pro cognata ponitur, Et genes. cap. xvi. Isaak Abrahæ filius consimiliter uocauit uxorem suam & cognatā, Rebeccam, sororem, quæ consobrini matris suæ erat filia. Id quod uidere licet ī decretis caussa. xxxv. questione prima. ubi etiam Sara, filia fratris Abrahami & soror Lot uocatur, quantumuis impudenter aduersetur Cornelius Agrippa. Qui etsi falsissime, se tamen iactitat euicisse leuiticam illam prohibitionem non nisi de uxore superstitis fratris, aut eius qui liberos sustulit intelligi nec debere nec posse: id quod etiam multo pluribus argumentis se docturum clarissime satiſq; arrogan ter pollicetur, corroboraturum q; per autorum classicorum tum grecorum tum latinorum atq; etiam maiorum gentium testimonia. Quod tamen indubie,

Frater & soror apud hebræos prō illorum idiomate, ponūtur sepe pro cognatis.

Mos scripturæ eſt auum appellare patrem, & nepotem, seu, filium filij, filium. Vide. Dauid Kamchi in themate charhā, & R Salomonem in commētarijs suis super. 20. Genes. caput.

Cornelius Agrippa pertinaciſ asserit Saram Abrahami sororem fuisse, contra omnium in-

nequit

nequit facere ſine ſcripturarum diſcordia. Nã deutero nomica iuſſio, leuiticæ prohibitionis cauſſæ ac rationi partim procul dubio aduerſatur, ſi pro fratria prius a fratre prę̃mortuo cognita, etiam ſi ſine liberis deceſſerit, intelligatur dataeſſe. At iam ad cęptum redeamus. Beroſus ac Methodius inter cataclyſmi cauſſas, etiam hãc connumerant, quod filii Kaiin cæperũt abuti uxoribus fratrum in fornicationibus nimiis. Sane ſi patrui qui patris tui caro eſt, & quaſi ipſe, duo enĩ fratres, Vti Maimonides ęgiptius ait, ſunt quaſi unus homo: aut, Auũculi, qui matris tuę caro eſt, uxores ducere diuino & naturali iure uetitũ ſit: multo magis profecto inaturale fuerit ſororem propriam ducere, que tibi in origine, uel, tecũ ſecundum originem coniuncta eſt, & ſe propter eandẽ, unum debet reputare, atq; iuxta Scotum, parentum caro proximior magiſq; eſt quàm etiam utriuſuis eorum ſoror, utpote filia. De quibus Iſychius ita ſcribit. Nec ſororibus præcepit eorum, qui nos genuerunt, commiſceri, tam propter generati ones ut non confundantur, quàm ut competentem reuerentiam parentibus conſeruemus, propter eos & a ſororibus eorum abſtinentes. Hęc ille. Scoti uero uerba ſunt hec. Et magis eſt contra legem naturæ coniungi in matrimonio in primo gradu in linea recta quàm in trãſuerſali: plus enim coniũgitur proles parenti quàm proles proli, id eſt, frater fratri, aut, ſorori. Hactenus in. iiii. diſt. xiiii. Scotus. Tanto enim maior debet eſſe prohibitio, quanto magis appropinquatur origini, & ſtipiti, ſeu radici, carniſq; unitati: ibi etiam maior eſt naturalis indecentia ſeu irre-

terpretum in terpretamenta: ſcripturaſq; inter ſe diſcordes reddet, qñcunq; quod pollicetur, præſtabit.

Ergo ſororiç nuptiç naturæ legi cõtrariç ſunt, etiam iuxta Scotum.

O uerentia

uerentia atq; inhoneſtas. Certe pater tantum ac mater de naturæ iure a matrimonio excludũtur primarie atq; principaliter (ita enim mihi exponi debere uidentur Scotus, Aquinas, & cęteri theologi ſcholaſtici) reliqui uero conſanguinei uicini (nam neceſſarios remotiores a matrimonio etiam Auguſtino, in leuiticis queſtionibus teſte, non excluſit Moyſes, ſed ut coniungerentur, numeri cap. xxxvi. potius pręcepit, præcipue q; ſi heredes eſſent) ſecundario & illorum ratione ſeu propter eos atq; ex conſequente: & non ex ſeipſis, neq; ita immediate, ſed per accidens. Variatur enim & maior atq; minor in illis fit naturalis indecentia uel irreuerẽtia iuxta approximationem ad parentes atq; remotionem & diſtantiam ab eiſdem. Hoc idem in. iiii. teſtatur etiam Aquinas, ubi hoc quoq; nobis ſcriptum reliquit. Filii naturaliter honorem & reuerẽtiam debent parentibus, & per conſequens aliis cõſanguineis qui ex eiſdem parentibus de propinquo originẽ trahunt. Hactenus Aquinas. Quid plura? Sororium ſeu fraternum cõiugium non modo diuina morali moyſaica ac euãgelica (quod quidem uniuerſalis eccleſię, hebræorumq; omnium conſuetudo declarant) ſed & naturali lege inhibitum interdictumq; eſſe, præter Antonini Archiepiſcopi florentini teſtimonium (qui Petrum Paludanum in iiii. diſt. xli. ſequens, hæc nobis in tertia parte ſummę ſuę titulo primo de cognatione naturali, ſcripta reliquit. Adam inſpiratus a deo dixit, Relinquet homo patrem, & matrem, cęteras perſonas uidetur deus permiſiſſe, quæ tamen iure naturali erant prohibitæ ut frater & ſoror,

Coniugium inire cũ cognatis remotioribus, non eſt uetitũ per Moyſen, ſed potius præceptum.

in

in quibus primum credendum est deum dispensasse propter necessitatem) uel hoc quoq; palam nobis id facit. Quod, uidelicet, non Petrus tantum Lombardus, in. iiii. dist. xxxiii. ac Scotus in. iiii. dist. xli. & Iohānes de Tabia, ī summa sua, cęteriq; scholastici theologi: uerum etiam receptissimi quiq; ecclesię doctores, Chrysostomus, uidelicet, Augustinus, ac alii illud per necessitatē excusent. Quod ōnino non facerēt profecto, si suapte uatura illicitum, malum, peccatum q; abhominabile nō foret, atq; cum naturæ lege minime pugnaret. Id quod quidem testantur etiam Isychius in commentariis suis super Leuiticum, Hieronymus contra Heluidium, & Augustinus ī libro de ciuitate dei. xv. atq; cōtra Faustū xxii. magis aperte cap. liii. Quem in commentariis suis super. xii. &. xx. cap. Genes. sequitur Alphōsus Thostatus episcopus Abulensis, & Gratianus in decretis caussa xxxv. quęst. prima. Ex his liquet quàm uerum sit quòd in commentariis suis super. xx. genes. caput, nobis scriptum reliquerunt. R. Moses Nechmanides gerundensis atq;. R. Salomon gallus Bath af muthereth leuen Noach, sheen auuth legoi. id est, filiis uidelicet, Noe & illis qui tempore legis naturæ uiuebant licita erat patris filia, uerum matris minime: quia gentili non est Auuth nec paternitas. Certe Antoninus archiepiscopus florentinus & Iohannes de Tabia in summis suis asserunt coitum seu cōiugium cum fratria, incestum esse: atq; cum naturæ lege quodammodo pugnare.

DECIMA ET VLTIMA RATIO SOLIda, firma, & irreuincibilis, qua per legem euangelicam, multaq; alia probatur matrimonium cum fratris uxore inhibitum interdictum q; esse iure & lege naturæ.

16

Lege naturę retinemur, a lege ueteri p xp̃m liberati, eiusq; legem, quæ ad perfectũ, sola, Aquinas in .4. ait, Humanũ genus adduxit reducens in statum nouitatis naturæ. Vide Hieronymum in cõmentarijs sup quintum epistolæ ad Galatas caput,

DENIQVE ostendere minime poteritis ubi Christus aut apostoli, qui in fine temporum uenientes omega reuoluerunt in a, Alpha, & extremitatem retraxerunt ad principium, hoc est, a cerimoniarum iugo & legis oneribus quæ nec eorum patres sustinere ualuerunt, uolue rũtue Iudeos liberare atq; ad naturæ ius redigere conati sunt, hoc, Vxorem uidelicet, fratris nullus accipiat, aut huic simile, soluerint morale (de quibus in euangelio quum de minimis, quanto magis de his magnis dominus ait, Qui ergo soluerit unũ de mandatis istis minimis: & docuerit sic homines, minimus uocabitur ī regno celorum) quẽadmodum uobis ad oculũ mõstraui, illud iudiciale, figuraleq; cap. xxv. deuteron. mandatũ, per eos quo ad literã abrogatũ atq; abolitũ esse, id quod in speculo suo, atq; contra Faustũ testatur etiã Augustinus. Si enĩ hoc demõstraueritis, ostẽdereue potueritis, finita inter nos cõtentio est, uictũq; me esse fatebor, uerũ quia nihil tale producere poteritis, cũ contra, id & cęteras cap. xviii. leuitici de nõ carnaliter cognoscẽdis, quãto magis de nõ ducẽdis cognatis & affinibus prohibitiones, euangeliũ & Apostolus confirment (quod pręter Iohannẽ Baptistam seu lauatorem, testãtur etiã doctissimus

Augustinus in speculo suo recte asserit deuteronomicam iussionẽ deducenda fratria, a christianis nõ quo ad literã sed quo ad eius

mus Origenes in cõmentaris ſuis ſuper epiſtolã ad Romanos atq; Auguſtinus in leuiticis queſtionibus, tandẽ uelitis nolitis mecum conſentire cogemini, diuina ſcilicet, ac morali lege, Moyſaica atq; euangelica, quæ & iuris naturalis uim obtinet, Recepta quoq; ac publica chriſtianorum omnium conſuetudine a naſcente eccleſia, quæ ubiq; in omni loco, populo & gente per totam chriſtianitatem hactenus religioſe obſeruauit ac uetuit ne connubium huiuſmodi apud eos admitteretur, Interpretationibus eruditiſſimorum theologorum, Antiquiſſimorumq; eccleſię doctorum, Statutis conciliorum, Synodorumq; ſanctionibus, decretis ſanctorũ patrum, & pontificum ſummorum conſtitutionibus, Autoritate deniq; ac conſuetudine catholicæ & uniuerſalis eccleſiæ orthodoxę, Sacrorum canonum, ſacroſanctorumq; generalium conciliorum, quæ id, ſi ſcriptura ſacra nõ neceſſario flagitaſſet, minime feciſſẽt, prohibitum eſſe: Ne quis inter chriſtianos ſui fratris uxorẽ ducat. Taceo leges imperiales, quæ hoc idem etiã apud Ethnicos prohibent. Quid hic iam habes Abel aut Agrippa, qui aduerſus urbinam noſtram, minitaris Macheram, quod dicas? Nonne uos uidetis ipſi nunc clare quod uobis perſuaſiſſimum erat, Nempe diuina morali Moyſaica ac Euangelica lege, Naturæq; iure minime uetitum eſſe cum fratria ſiue fratriſſa coniugium, falſiſſimum eſſe, & illam unicam .R. Roffenſis concluſionem prorſus eſſe nullam? Sublato igitur penitus fundamento ueſtro ruit totum edificium ueſtrum, una cũ obſtaculis illis ueſtris & uiolentis ac extortis interpretati

ſignificationem, obſeruari debere. Turpitudinẽ enim literę ſequi nõ debemus, ſed aſcẽdere ad intelligentiã ſpiritalẽ, id quod quidẽ in commentarijs ſuis ſuper. 20. Lucę caput teſtatur etiã Ambroſius de Iudeis. Vide Origenem.

onibus ipſi etiam ſcripturę uim non raro facientes, atq; delyramentis & aſſertionibus haud parum pertinaciter aſſertis. Deinceps itaq; a minis ac calumniis & ſiniſtre de aliis tam impudēter iudicare ceſſate. In poſterum q; deſinite, ut Pontifici, Ceſari, & illuſtriſſimo regi Bohemiæ, Ferdinando, Reginæq; placentia loquamini, atq; ab eis laudem conſequamini ac premia, inani fallacia niti: errorem q; tam pertinaciter tutari aliquē, atq; apertæ & infallibili ueritati repugnare. Nonne uos plane depuduiſſe credi par eſt, qui tam impudenter, ne dicam impie, ſcripturam dei peruertitis, & per uim ueſtris impotentiſſimis adfectibus ſeruire cogitis, atq; patrum ſententias ac decreta, diui precipue Gregorii & Baſilii magni, ac Chyſomi tam mala fide citatis, interpretaminiq; ? Sane hęc ni fallar, abunde ſufficerent pro argumentorum fucis, captiunculis & ſophiſmatibus ueſtris diluendis atq; diſſoluendis, quæ tamen ipſe hac in noſtra quæſtione minime probo, quum non fallacem rationem, nec ſermonem fucatum, ſed ſimplicem tantum ueritatē qualis in fōte habetur & in hebræo, quęro. Verum quia uos ut fumos ob oculos noſtros iniciatis atq; incutiatis terrorem, preter innumeras ſycophantias atq; calumnias, additis & minas: multaq; ſophiſmata, pariter ac multos male a. lxx. interpretibus & Hierōymo tranſlatos ſacræ ſcripturæ contextus, atq; nominis nullius non paucos interpetes obſcuros in medium adducitis etiam qui contra uos & ueſtrum inſtitutum non parum imo maxime faciunt, ſi penitius introſpiciantur, argutariq; nō ceſſatis: Ego uobis ueſtras relinquens calumnias

Gregorius leuitica prohibitione ac Baptiſtę increpatione abuſus non eſt, quemad modum nō recte interpretatur Agrippa.

lumnias ac minas, iuxta pollicitationem meam illis respondebo, obscuroſq; uel iuite, ut par pari referam, ueſtris interpretibus obſcuris linguarumq; imperitis oppo nam, & cauillas ac argutias ueſtras, atq; ſcripturarum loca non recte a Hieronymo & .lxx. interpretibus tranſlata, quæ uos citatis, euentilabo. Si tamen primũ lectori indicauero unde precipue pendet queſtionis inter nos agitatæ difficultas. Reuera in ueteri inſtrumento ſeuinſtructione præcipuus nodus ac ſcopus difficultatis huius inter nos agitatæ quæſtionis de non ducenda, uidelicet, fratris uxore defuncti ſine liberis, in hoc uno conſiſtit. An, ſcilicet, ſub leuitica prohibitione Deuteronomica iuſſio comprehendatur, ita quòd in illa inuoluatur, ipſaq; ſe ad hanc extendat eam negatiue prohibẽdo, hoc eſt, An hęc illius epiikia, interpretatioq; ſit atq; ab illa exceptio & illius limitario, an illius diſpenſatio, eiuſq; in parte reuocatio? Certe lector erudite ac candide in in hoc argumento tam ſerio, agant Abel ac Agrippa quod illis commodum uidetur, pergantq; ſi ſuperis placet, paruulos terrere, atq; minas ac ſycophãtias multiplicare, apud me, locum habet, ac habuit, Deum teſtor, uulgatum illud Ariſtotelis, amicus Plato, amicus Socrates, magis amica ueritas. Quæ ſi antehac apud probos ac deum timentes uiros, ſempe ſuperiorem obtinuit locum, & nunc hic quoq; non Reges, non Reginas, non Cæſares, non Ferdinandos, nõ Pontifices ſũmos, non pecuniam, non uinum, nou mulieres tantum, ſed autores prorſus omnes uicere ſine dubio debet. Quãto itaq; magis ut ſuum iuſte ac merito, uereq; in Agrippã

In quo queſtiõis de nõ ducenda fratria, difficultas cõſiſtit? An, uidelicet, leuitica prohibitio ſe extendat ad deuteronomicã iuſſionẽ, uel nõ?

ſermonem

Apostolus iuxta Agrippam, scripturas a Genuino sensu detorsit.

sermonem retorqueã, qui a Hieronymo ansam partim capiens, Apostolũ blasphemat, eum asserens scripturis abusum esse, atq; a genuino sensu eas detorsisse, & diuũ Gregorium adeo perperam cõtraq; mentem eius interpretatur, atq; Basilio in epistola ad Diodorum, crimen preter meritum impingit. Quanto itaq;, inquã, magis lector & paucos autores & illosipsos caussæ nostræ partim sic refragantes, ut alibi recãtent sentẽtiam, id quod infra tibiipsi Corneli Agrippa clarissime ostendam, partim non nisi improba atq; impudenti aduersariorum deprauatione in speciem dumtaxat nobis officientes, superare debet. Recte igitur quum nullus hucusq; scriptor extitit, qui non alicubi errauit, hic etiam admones Agrippa, in ipsas scripturas, atq; in ipsa scripturarum uiscera penitus defigendos esse oculos, iustis armis cominus congrediendum esse, uiro uirum legendũ, uirtute, non dolo atq; insidiis parandam uictoriam.

Basilius in epistola ad Diodorum leuiticis prohibitionibus abusus non est, quemadmodum nõ recte de eo scribit Agrippa, sed earum sensum genuinũ ac germanum aperuit, non sicut in speciem apparet, sed sicut in ueritate se habet.

Fragmentum codicis. R. VVakfeldi sacrarum literarũ professoris eximii, regiiq; sacellani super quęsti onæ de non ducenda fratria prius a fratre pręmortuo cognita. HIC FINIT: ⁝ :

ILLVSTRISSIMO COMITI DE VVilshier. D. Tomę Bulleyn domino & patrono suo plurimum obseruando R. VVakfeldus.

GRATI animi, amorisq; erga iustititiam atq; me tui nõ uulgare specimen iam olim dedisti uir clarissime, quod non satis tibi uidebatur cum ingrato, duro, inhumano, atq;

atq; iniquo illo, mei gratia per temet loqui, qui a me, ut ipſe per literas quas apud me ſeruo, manu ſua ſcriptas, quibus, ac illi adhibui fidem noſti, annos fere ſeptem ui atq; dolo abſtulit, & adhuc, poſito pudore omni, deiq; timore, retinet librarum .xx. ſummam mihi ab eo quotannis perſoluendam, niſi & nobiliſſimā coniugem tuā atq; ueſtrum utriuſq; filiā, Reginam noſtram Annam, cuius felicitati gratulor impenſe, ultro rogares ut illæ quoquè eum uerbis ſuis perſuaderēt, ut, ſummam illā librarum iam centum ac ultra, mihi debitam redderet. Nunc hoc igitur fragmentum quod a me tibi, domino ac patrono meo ſingulari dicatum eſt, fronte hilari pro tua ſolita humanitate accipies, breui a me quoq; iuſtum ac integrum uolumen accepturus ſi pergent perunaces, moroſiq; eſſe, aut de rebelliōe cogitare aduerſarii. Scio enim literas ſacras, quæ, ni fallar, in eo non uulgariter tractantur, æque tibi eſſe cordi atq; fratri tuo generoſiſſimo equiti aurato .D. Iacobo Bulleyn. Illud etiām ut ipſe inſpicias atq; legas, quoad tuæ occupationes permittant, oro obſecroq; . Videbis nihil a me odio aut gratię, cæteriſq; affectibus datum, ſed ueritatem ipſam in eo ſinceriter expreſſam, quam a parte mea ſtare ſcripſi olim me arbitrari in epiſtola quadā ad .R. Roffēſem. Cuius exemplū atq; epiſtolæ .D. Richardi Pacei ad Regē hic iam ſubiungā, qui īdigne coīſimiliter, ingrate ac iique ab amico meo & ſuo, uel cōmuni potius hoſte tractatur. Pauperē enim e domo propria ui excluſit, neq; ī ea eū manere paſſus eſt. Qui de eo tñ oli optime meritus erat deq; oībus ſtudioſis, atq; Anglorum decus fuit.

P ERVDI-

KOTSER CODICIS ERVDITISSIMO ANTISTITI, REuerendoq; ī christo patri ac domino, domino Iohanni Fisſherio, episcopo Roffensi.

SHALOM shalom lach salueq; plurimum Reuerende pater. Si bene belleq; uales impense letor, & si rationes quas in codice meo conscripsi (quem tuæ dignitati per amicum nostrum communem .D.N.Metcalf mitto) quo respondi tuo libro rationibusq; tuis in eo conscriptis super quæstione de non ducenda fratris uxore defuncti sine liberis, solueris diluerisq; : palinodiam canam, uictumq; me esse fatebor, & tecum consentiam, atq; illustrissimo principi nostro & fidei defensori, coram, palā & in os dicam, Non recte agis, id enim, ut fertur quod efficere moliris, Dei legi aduersatur. Sin autem eas refellere nequeas, cede ueritati, daq; gloriam deo, & ingenue te fatearis hucusq; hac in re falsum. Sophistæ aliquot mimahberoth shoriioth a quibus audiui te alterū super Regis & Reginę cōiugio codicem composu...e, quem si placet, rogo mihi mittere digneris, illum enim uidere percupio, te me coram, tuis sensibus nimium addictum, & non adeo eruditum quemadmodum ac Cantabrigenses predicant, uocabant. Ipse cōtra, illis respondi, & id quod res est ingenue fassus testatusq; sū quemadmodum atq; olim in Alemania apud Tubingenses, & Gallia apud Parrhisienses: te uidelicet inter mortales omnes huius seculi, in omni fere literarum genere doctissimum esse, neminemq; unū inter christianos

anos hac etate qui tecū in illis insimul omnibus collatis conferendus est, etsi in hac inter nos agitata quæstione, ut arbitrabar, deceptus esses, & quandoq; bonus dormitat Homerus. D. Foxus, eleemosinarius iam regius, Belo comitatus, annos ante hac fere septem ad me ueniēs ad Sion, nomine Regis rogabat mihiq; præcepit ut tres has conclusiones stabilirem. Prima erat, Quòd leuiticæ prohibitiones non tam de coitu incestuoso quàm matrimonio illicito intelligendę essēt. Secūda, Quod 2 morales probarem eas fore, & quòd in hebraica ueritate reciperentur atq; in .lxx. interpretibus græce & in chaldęo. Tertia, Quòd nō tam pro uiuis quàm defūctis cognatis scriptæ datæq; essent. Perfeci pręstitiq; reuera ipse id quod nomine regis iussit ille ut facerem, etsi quidam shuhali uere iuxta nomē suū shuhali, qui mihi semper inuidebat, in aures regis instillasset labores lucubrationesq; meas Stochslei, Londinensis iā episcopis esse: in cuius domo uigilias pro tribus conclusionibus istis & quæstione inter nos agitata discutienda nō paruas crede mihi passus sū. Verū sincere cādideq; in hoc mecum egit. D. Stochsleus. Nā Regi id ab eo interrogāti respondebat recte, sua plane sunt & non mea eo dicēq; ipse solus composuit. Nescio tamen qui factum sit ut Maronis illud uere dicere possim. Sic uos nō uobis. Sane quod uerebar, & in epistola quadā ad regē scripsi, mihi accidit. Præter enim opprobria non pauca nebulonū aliquot aulicorum, inuidiam populi sustinui qui scripturis & ratiōe raro ducitur sed affectu plerūq; ceco, atq; amicos non paucos amisi. Ingentes etiam labores

perpessus sũ glaciem q̃; perfregi atq̃; uiã ĩdicaui, id quod permultos non latet, qñ nominis tui fama deterriti omnes codici tuo nemo istorum rapsodorũ respondere in initio audebat aut sciebat, neq; contra eũ quicquã hiscere. Verum iuxta Quintilianũ, facile est inuctis addere. Mihi relatum est a quodã meo conterraneo Reginęq; famulo, Reginam mihi quorundã iniquorũ fabulationibus infensam mecũq; iratam esse. Doleo plurimũ si ita est. Nam per deum immortalẽ non hoc ab ea ipse commerui, qui eam coram rege nobilissimam probissimamq; fœminã nõ semel uocaui, & Paceũ non parum adiuui in libro quem pro ea in hoc arduo negocio composuit, Regiq; misit quando apud Sion una manebamus, antequàm mihi non a rege ipso tantum sed & aliis quamplurimis fide dignis testibus narraretur eam a fratre suo defuncto carnaliter fuisse cognitam. Cui quãdo mihi dedit codicem dominationis tuę pręcæpitq; ut illi respõderem, ita annos abhinc fere septem in eius penetrali genibus in terram defixis apud Richmonde Respondebam. Rex illustrissime negotium tuum res est ardua, multumq; ambigua, tamen maiestati tuę quasi coram deo confiteor, quod si clara esset dubioq; carens omni, & quod omnino coniugium tuum Dei legi aduersaretur, nihilo tamen minus si ipse tu essem, antequã me a tam generosa probaq; muliere separarem quam omnes subditi tui sanctam merito prædicant, uniuersos illos rogarem ut deum uno ore pariter præcarentur ut si ei non displiceret hoc coniugium mihi celitus reuelationem aliquã demittere dignaretur qua manendi cum

ea mihi potestatem esse concessam insinuaret. Ecce quã male meritus sum ipse de tam nobili fœmina etiã apud Regem in penetrali suo, quæ Cesaris matertera est & illustrissimi regis Bohemię Ferdinandi, qui olim pro me & in mei fauorem atq; ut in Sueuia publice diutius profiterer græca, hebræa, chaldaica, atq; Arabica, ad preces nobiliũ germaniæ & uniuersitatis Tubingensis, humanissime scripsit, litterasq; regi nostro atq; tuę dominatiõi misit. Si quid est quod caussę meę nõ nocet, & te offendat in codice meo, quem iam primum ante omnes tibiipsi mitto, ne de me conqueraris, quemadmodũ olim de Augustino Hieronymus, significa, & expungã atq; obliterabo antequàm prelo datus fuerit. Vale e Londino raptim. &c. T. R. VVakfeldus.

The copie of a lettre wrytten vnto the kinges highnesse by mayster. R. Payce deane of Poules, the yere of our lorde. M.CCCCC.xxviii.

Please it your grace for to declare vnto the same the mater of a letter sent vnto your highnes yesterday. The letter I Richarde Paice dyd wryte and also the booke, which ye receyuyd, not without the counsell and helpe of maister wakfeld, who dyd approue it as a thing trewe infallibly, And offers hym selfe to defende it opẽly agaynst all that wyl dispute or wryte therin. And where as it pleasid your grace to shewe vnto me, that some of your lernyd counsayle hadde wryten, that the booke of the olde lawe nampd Deuteronomiũ, dothe take awaye, and annulle the other booke nampd Leuiticus: I haue diligently lokyd for that mater, and fynde vndoubtly,

that ſuche opinion can in no wyſe be true: for the ſayde booke of deuteronomi, *id eſt, ſecunda lex*, after the grekes: hathe no ſuche name in the hebrewe tunge, wherin it is nampd, *Elle haddeuarim, id eſt, Hec ſunt ipſa uerba*. And the effecte of the booke is, *compendium et repetitio ſeu recapitulatio legis Moyſaicæ, figuraq; eſt legis euangelicæ. Præterea abſurdiſſimum eſt hoc dicere, quia ſi eſſet uerum, illud ſequeretur, q. una lex dei tolleret aliam.* And the greke name, *uidelicet*, Deuteronomium, dothe ſignifie the ſame ſelfe thinge that is in the hebrewe tũge that is to ſaye, *liber in quo continetur ſecunda lex, uel recapitulatio primæ legis*. After my beyng with your grace yeſterdaye maiſter Wakfelde deſyryd to knowe of me, whether your grace wolde be contente to here the trouthe in this matter, whether it were ayenſte you or for you. I made hym this aunſwere, that your grace intendyd nothynge, but that was conuenient to the perſon of a noble and a vertuous prince, and that he ſhulde do vnto your grace ryght acceptable ſeruyce, yf he wolde ſtudye for to ſhewe vnto you the ſayd trouthe in this matter. He aunſweryd and ſaid, that without your graces expreſſe licence and commaundement hadde from your grace, he durſt not medle therwith, but knowlege hadde of youre graces mynde therin, he wolde vndoubtydly ſhewe vnto your hyghnes ſuche thynges as no man within your Realme can atteyne vnto or ſhewe the lyke, and as well for you as agaynſt you. Wherfore I deſyre your grace, that he maye haue knowlege of your Reſolute mynde therin, for herby your grace ſhall bothe knowe his excellẽt lernyng as well in diuinite, as in wonderfull knowlege of many and diuerſe tunges. I ſende vnto your grace herin cloſyd, an Alphabete in the hebrewe tunge, deſyryng the ſame to delyuer the ſaide alphabete to maiſter Fore your ſelfe with cõmaundement to hym to gyue good diligẽce

for

for to obteine the intelligẽce therof, & to haue it promptly without booke, for he so doyng shall within the space of one monythe haue sufficient knowlege of the hebrewe tongue, for to Iudge therby the lattyn translation. lxx. interpreters in greke, and the trouth comprysed in the hebrewe bookes, wherby ye shall haue a great auantage, whan he in whome ye put moost truste, shal truely aduertyse you of the trouthe, as I do perfectly knowe he wyll doo, bothe by his wysdome, lernyng, and fidelitie to your highnesse for the lytell aquayntaunce I haue hade with hym. And thus Iesu preserue your highnesse in longe healthe and continuall prosperitie. From Syon this present fryday.

By your graces moost humble and faithful seruaũt. R. Paice.

The copie of a letter wrytten vnto the kinges highnes by mayster R. Wakfelde, chapeleyne vnto his grace, the yere of our lorde. M.CCCCC.xxvii.

PLease it your grace, I as your trewe and faithfull subiect woll and can defende your cause or question in all the vniuersities in christendom agaynst all men, by good and sufficiente autorite of the scripture of god and the wordes of the beste lernyd and moste excellẽt autors of the interpreters of the hebrewes, and the holy doctors bothe grekes and latyns in christes kaythe: humblye beseechyng your grace to kepe the thynge secret from all persons lyuyng bothe man and woman vnto suche tyme as I shal shewe vnto you the tyme of publication therof, or els maister Paice, signifying vnto your highnesse that it shall make moche for the furtheraunce of your cause, and that other wyse I ne wyll ne can doo any thinge therin, for yf the people shulde

shulde knowe that I, which began to defende the quenes cause, not knowyng that she was carnally knowen of prince Arthure your brother, shulde nowe write agaynst it, surely I shulde be stonyd of them to deth, or els haue suche a sclaunder and obloquie raysed vpon me, that I had rather to dye a thousand tymes or suffer it. I haue and wyl in suche maner answer to the bysshop of Rochesters booke, that I truste he shall be asshamyd to waade or meddyll any further in the matter. The thinge which I am makyng, woll be *ingens uolumen*, and I shall take no reste, to I haue brought it by the grace of god, who alwayes helpith the trouthe, to a good & perfit ende. I haue shewyd somwhat of my booke to maister Paice, & I truste he wyll confyrme the same vnto your grace. No more to your highnesse at this tyme but Jesu preserue you. From Spō this present morning, By your graces faithfull subiect and scholer. R. Wakfelde.

Tho. Berthelet regius impressor excudebat.

CVM PRIVILEGIO.